

Universitätsbibliothek Wuppertal

Iulianu Autokratoros Ta Sōzomena, Kai Tu En Agiois Kyrillu Archiepiskopu Alexandreias Pros Ta Tu En Atheois Iulianu Logoi Dekα

Julian <Römisches Reich, Kaiser>

Lipsiae, Anno MDCXCVI.

Oratio I.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1694](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1694)



ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
ΤΑ ΠΑΝΤΑ.

Τμήμα πρῶτον τῆς λόγου περιέχον.

JULIANI IMP.
OPERA.

Pars prima Orationes illius complectens.

Interprete DIONYSIO PETAVIO Aurelianensi,
e Societate JESU.

IN CONSTANTII IMPERA-
toris laudem.

ORATIO I.



Ulm ego jamdudum
(maxime Imperator)
virtutem tuam ac gesta
prædicare cuperem:
cumque & bella a te
confecta, & sublata ty-
rannides commemorare
vellem; quemadmodum, inquam, ab al-
tera, oratione ac persuasione satellites abs-
traxeris, alteram armis expugnaris: sola
me gestarum rerum magnitudo deterruit.
Non enim id mihi metuendum arbitrabar,
ne oratio mea ab facinorum tuorum di-
gnitate brevi aliquo intervallo recederet;
sed illud potius, ne a proposito penitus
aberrasse judicaret. Nam qui in foren-
si certamine ac Poëtica sæpius occupan-
tur, nihil mirum est, si rerum a te gesta-
rum præconium nullo negotio suscipi-
ant. Hoc enim ex assidua dicendi ex-

ἘΓΚΩΜΙΟΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ
Αὐτοκράτορα Κωνσταντίνον.

26. ΕΙΣ

ΛΟΓΟΣ Α.



ΠΑΛΑΙ με προθυμῶ-
μενον, ὦ μέγιστε Βα-
σιλεῦ, τὴν σὴν ἀρετὴν,
καὶ πράξεις ὑμνήσαι,
καὶ τοὺς πολέμους ἀ-
παριθμήσασθαι, καὶ
τὰς τυραννίδας ὅπως ἀνήρηκας τῆς
μὲν λόγῳ καὶ πειθοῖ τῆς δορυφόρου
ἀποσήσας τῆς δὲ τοῖς ὅπλοις κρα-
τήσας τὸ μέγεθ' εἰρηξέτων πρά-
ξεων. Οὐ τὸ βραχεῖ λειψήναι τὰ
λόγων τῶν ἔργων δὴνὸν κρίνοντα ἀλ-
λά τὸ παντελῶς τῆς ὑποθέσεως
διαμαρτεῖν δόξαι. Τοῖς μὲν γὰρ πρὸς
τῆς πολιτικῆς ἀγῶνας, καὶ τὴν ποίη-
σιν διατρέξουσιν ἔδὲν θαυμαστὸν εἰ ρα-
δίως ἐγχαρτεῖν ἔξῃσι τοῖς ἐπαίνοις τῶν
σοι πραχθέντων. Περίεσι γὰρ αὐτοῖς

A

ἐκ

Pag. I
is ge
49.
102.
130.
158.
180.
204.
240.
253.
268.
288.
306.
337.
372.
452.

ofium
ag. I.
terfus
5.

nem
ag. I.
16.
36.
46.
m IV.
47.
ANI
56.
icem.
Ora-
ag. I.
10 Y.

γε. εἶργε
γε. τῶν βρ.
γε. βρα-
χῦ
γε. τῶ
παντ.
γε. ἔξε-
σιν ἔχου-
ρεῖν.

ἐκτῆς ἔ λέγειν μελέτης, καὶ τὸ πρὸς Ἀ
 τὰς ἐπιδείξεις συνηθείας τὸ θαρσεῖν
 ἐν δίκῃ. Ὅσοι δὲ ἔ μὲν τοιαῦτα μέγας
 κατωλιγώρησαν, ὠρμησαν δ' ἐφ'
 ἕτερον παιδείας εἶδος, καὶ λόγων
 ξυγγραφήν ἔ δήμῳ κεχαρισμένην
 ἔδ' ἐς θέατρα παντοδαπὰ τολμῶ-
 σαν ἀποδύεσθαι, πρὸς τὰς ἐπιδείξεις
 ἔχοιεν ἂν εἰκότως ἔυλαβετέρον. Ἐσι
 γὰρ ἔκ ἀδηλον τῶν ὅτι τοῖς μὲν ποιη-
 ταῖς Μῦσαι, καὶ τὸ δοκεῖν ἐκείθεν ἐ-
 πιπνεομένους τὴν ποιήσιν γράφειν, B
 ἄφθονον παρέχῃ τὴν ἐξουσίαν ἔ
 πλάσματ' τοῖς ῥήτοσι δὲ ἡ τέ-
 χνη τὴν ἴσην παρέχῃ ἄδελαν. Τὸ μὲν
 πλάττειν ἀφελομένη, τὸ κολακεύειν
 ἔ ἔδαμῶς ἀπαγορεύεσθαι. οὐδὲ αἰ-
 χύνην ὁμολογημένην τῶ λέγοντι τὸ
 ψευδῶς ἐπαυεῖν τὰς ἐκ ἀξίως ἐπαῖνος
 κρινασα. Ἄλλ' οἱ μὲν ἐπειδὴν καινόν
 τινα μῦθον, ἢ μηδέπω τοῖς πρόοθεν
 ἐπινοηθέντα φέρωσιν αὐτοὶ συνθέν-
 τες, τῶ ξένῳ τὰς ἀκρόντας ψυχαῶ C
 γήσαντες πλέον θαυμάζονται. Οἱ
 δὲ τῆς τέχνης ἀπολαύσαι φασιν ἐν
 τῶ δύνασθαι περὶ τῶν μικρῶν μειζό-
 νως διελεθεῖν, καὶ τὸ μέγεθ' ἀφε-
 λεῖν τῶν ἔργων τῶ λόγῳ, ἢ ὅλως ἀν-
 τιτάττειν τῆ τῶν πραγμάτων φύσιν
 δύνασθαι τῶν λόγων. Εγὼ ἔ εἰ μὲν
 ἐώρων ταύτης ἐμαυτὸν ἐπὶ ἔ παρόν-
 τ' ἐν ἔχρεια τῆς τέχνης, ἦγον ἂν τὸν
 προσήκησαν ἡσυχίαν τοῖς ἀμελετή-
 τως ἔχουσι τῶν τοιαύτων λόγων πα-
 ραχωρῶν τῶν σῶν ἐγνωμίῳν ἐκεί-
 νοις, ὧν μικρῶ πρόοθεν ἐμνήσθην. Ἐπεὶ
 δὲ ἄπαν τὸν ἀντίον ὁ παρῶν ἀπαιτεῖ
 λόγ', τῶν πραγμάτων ἀπλήν διή-
 γησιν, ἔδενός ἐπεισάκῃ κόσμῳ δεο-
 μένην, ἔδοξε καὶ μοι προσήκειν ἀξίως
 γὰρ διη- "διηγῆσασθαι" τῶν ἔργων ἀνεφίλῃ
 γήσασθαι καὶ τότε τοῖς προλαβῆσιν ἡδὴ φανέν-
 τ' ἔργων.
 γὰρ τότε τ'. Ἀπαντες γὰρ σχεδὸν οἱ περὶ
 πωρλαβ. παιδείαν διατρίβοντες ἐν μέτρῳ, καὶ
 κατάλογάδην ὑμνεῖσιν οἱ μὲν ἄ-

γρ. παρ-
εσχεν.

43162

for. ἔ πίν
γρ. διη-
γήσασθαι
τ' ἔργων.
γρ. τότε τ'
πωρλαβ.

ercitatione, & ostentandæ facultatis con-
 suetudine sunt consecuti, ut in eo genere
 merito cum fiducia versentur. Qui vero
 neglectui istud ipsum habuerunt, & ad
 aliud doctrinæ genus sese transtulerunt;
 quique istiusmodi orationes scribere ag-
 gressi sunt, quæ minus probarentur in vul-
 gus, neque in theatra omnis generis ac
 confessus ad certamen prodire consueve-
 runt: jure illi timidius in istas se facultatis
 suæ periclitationes ostentationesque com-
 mittunt. Neque enim obscurum illud
 est: Poetis Musas ipsas, & quod illinc affla-
 tu quodam perciti ad scribenda carmina se
 conferre videantur, luculentam fingendi li-
 centiam præbere; Oratoribus vero ex arte
 sua parem atque eandem facultatem suppe-
 tere. Quæ quidem ars cum fingendi po-
 testatem adimat, adulari tamen nequaquam
 prohibet; neque certam illam ac confessam
 in oratore ignominiam esse statuit, si qui
 laudibus indigni sunt falso prædicentur. Sed
 illi cum novam aliquam fabulam a nemi-
 ne priorum excogitatam atque a se ipsis re-
 pertam attulerint, & auditores suos ipsa
 novitate detinuerint, majori in admirati-
 one versantur. Oratores vero tum sui se
 artificii fructum capere dicunt, cum aut exi-
 guas res ampliores dicendo facere; aut de
 rerum gestarum magnitudine detrahere;
 atque, ut uno verbo dicam, naturæ rerum o-
 rationis naturam opponere potuerunt. Ego
 vero si eam artem desiderari in præsentia vi-
 derem, illud mihi silentium indicerem, quod
 iis consentaneum est, qui in ejusmodi ora-
 tionis facultate rudes sunt, ac minus exerci-
 tati; tuasque illis laudes commemorandas re-
 linquerem, quorum paulo ante mentionem
 feci. Sed quoniam contrarium potius, hoc
 est, nudam rerum narrationem, sine ullo ad-
 scititio fuce atque ornamento, præfens ora-
 tio postulat; mihi quoque convenire earum
 expositionem putavi: cum quidem rerum a
 te gestarum dignitatem æquari dicendo non
 posse visum iis fuerit, qui ante me istud ipsum
 aggressi sunt. Omnes enim ferme, qui in li-
 teris versantur, aut carmine, aut soluta orati-
 one præconia celebrant; quorum alii pau-
 cis

cis comprehendere ac complecti audent omnia; alii ad aliquam rerum gestarum partem adhærescentes, satis sibi esse existimant, si vel ab hujus dignitate non aberraverint. In quo istorum omnium voluntatem ac studium amplecti ac probare convenit, quibus laudes profecti sunt. Nonnulli enim, ne quid ex rebus a te gestis temporis longinquitas obscuraret, maximum quendam sibi laborem imposuerunt; alii, quod omnino se aberraturos putarent, animum ac voluntatem suam aliqua in illarum parte declarant: multo esse satius existimantes privata aliquid operæ tibi consecrare, quam securum tutumque silentii præmium obtinere. Quamobrem si unus essem eorum, qui ejusmodi scriptas ad pompam orationes adamarunt, inde mihi argumenti tractandi initium capiendum foret, ut ei, quam erga te jam habeo, parem atque æqualem benevolentiam a te postularem; illudque peterem, ut ad orationem meam facilis atque humanus auditor, non severus atque inexorabilis iudex accederes. Sed cum aliis disciplinis educati atque imbuti, velut institutis ac legibus, non recte in aliena opera videamur incurrere, pauca de iis attingi a me oportere censui: ut magis idoneum principium meæ orationi præfigerem.

Vetus lex est, ab eo profecta qui Philosophiam primus in humanum genus invexit, quæ hunc in modum sese habet: debere omnes ad virtutem & honestatem respicientes studia sua ita comparare, ut in dictis factisque, in societatibus rebusque omnibus, tam parvis quam majoribus, honestatis rationem teneant. Jam vero virtutem omnium rerum honestissimam esse, quis eorum, qui prudentiæ aliquid habeat, dubitare possit? Hanc igitur retinere perpetuo jubet eos, qui non temere nomen illud circumferant, ac nihil ad sese pertinens & alienum usurpent. Hæc cum lex illa præcipiat, nullum orationis genus præscribit, neque, tanquam

A πάντα περιλαβῆν ἐν βραχεὶ τολμῶντες· οἱ δὲ ἐν μέρεσιν αὐτὰς ἐπι-^{γδ. ἀλλὰ} δόντες τῶν πράξεων, ἀρκεῖν ᾤθησαν εἰ τῶν τῆς ἀξίας μὴ διαμάρτοιεν· Ἄξιον δὲ ἀγαθὰ τὴν προθυμίαν τῶν ἀνδρῶν ἀπάντων, ὅσοι τῶν σῶν ἐπαύων ἤψαντο. Οἱ μὲν γὰρ ὅπως μηδὲν ὑπὸ τῆς χρόνης τῶν σοι πράχθεντων ἀμαυρωθεῖη, τὸν μέγιστον ^{γε. ἀμαυρωθεῖ,} ὑποδωῖα πόνον ἐτόλμησαν οἱ δὲ ὅτι τῆς παντὸς διαμαρτήσῃν ἤλπιζον, τὴν αὐτῶν γνώμην ἐν μέρει προὔφηναν· ἀμεινον δὲ τῆς σιωπῆς ἀκινδύνης γέρας κείναντες καὶ δυνάμιν σοι τῶν οἰκείων πόνων ἀπέρξαο. Εἰ μὲν ἔν καὶ αὐτὸς εἰς ὧν ἐτύχχανον τῆς ἐπιδεικτικῆς ἀγαπῶντων λόγους, ἐχρῆν ἐντεῦθεν ἀρχεῖσθαι ὑποθέσεως, τὴν ἴσην ἔνοιαν ἀπαιτήσαντα τῶν ὑπαρχέσης ἤδη σοι παρ' ἡμῶν καὶ δεηθέντα τῶν λόγων ἀκροατὴν εὐμενῆ γενέσθαι· ἐχρῆν δὲ ἀκριβοῦς καὶ ἀπαραίτητον κριτήν καταστῆναι. Ἐπεὶ δὲ ἐν ἄλλοις μαθήμασι τεραφέντες, καὶ παιδευθέντες, καθάπερ ἐπιτηδεύμασι καὶ νόμοις, ἀλλοτρίων κατατολμῶν ἔργων δοκῶμεν ἐν ὀρθῶς, μικρὰ μοι δοκεῖ χρῆναι καὶ περὶ τῶν δηλώσασθαι, οἰκειοτέραν ἀρχὴν προθέντα τῆς λόγους.

Νόμος ἐστὶ παλαιὸς παρὰ τῆς πρώτης φιλοσοφίας ἀνθρώποις φηναντὶ ἔτῳσι κείμενος· ἀπαντας ^{γε. ἔτῳσι} πρὸς τὴν ἀρετὴν, καὶ πρὸς τὸ καλὸν βλέποντας ἐπιτηδεύειν ἐν λόγοις, ἐν ἔργοις, ἐν ξυνοσίαις, ἐπὶ πᾶσι ἀπλῶς τοῖς καὶ τὸν βίον· μικροῖς καὶ μέγιστοι καλῶς ^{γε. ἀπαντας} πάντως ἐφίεσθαι. Πάντων δὲ ὅτι καλλίστον ἀρετῆς, τίς ἂν ἡμῖν τῶν νομῶν ἐχόντων ἀμφισβητήσῃεν; ταύτης τοίνυν ἀντέχεσθαι διακελεύεται τῆς μὴ μάτην τῆς περιείσοις τοῦ νομοῦ, προσήκον ἔδεν αὐτοῖς σφετερισσάμενος. Ταῦτα δὲ διαγορεύων ὁ νόμος ἔδεμίαν ἰδέαν ἐπιλάτῃ λόγων· ἔδ' ὡς περ ^{γε. ἔδεν}

ἐν τῷ τραγικῆς μηχανῆς φησὶ
 γα. προσ-
 αγο-
 εἶναι
 χρεῖναι προαγορεύειν τοῖς ἐντυγχάν
 οσι, απεύδειν μὲν πρὸς τὴν ἀρετὴν, ἀπο-
 Φεύγειν δὲ τὴν πονηρίαν· ἀλλὰ πολ-
 λαῖς ὁδοῖς ἐπὶ τῷ δίδωσι χρῆσθαι τῶ
 βεληθέντι μιμνήσκουσι τὴν φύσιν. καὶ
 ᾧ παραίνεσιν ἀγαθῆν, καὶ λόγων προ-
 τρεπτικῶν χρῆσιν, καὶ τὸ μετ' εὐνοίας
 ἐπιπλήθειν τοῖς ἀμαρτήμασιν, ἐ-
 παυεῖν τε αὐτὰ καλῶς πραχθέν-
 τα, καὶ ψέγειν ὅταν ἢ καιρὸς τὰ μὴ
 τοιαῦτα εἶργων. Ἐφίησιν δὲ ταῖς ἄλ-
 λαις ἰδέαις εἴτις ἐθέλει πρὸς τὸ βέλ-
 λισον τῷ λόγῳ χρῆσθαι· ἐπὶ παντὶ δὲ οἶ-
 μαί καὶ λόγῳ, καὶ πράξει μεμνηθεὶς προσ-
 τάτων ὅπη τῶν ὑφέξουσιν εὐθύνας,
 ᾧ εἰδὼν
 ᾧ εἰδὼν
 ὧν ἂν τύχουσιν εἰπόντες· λέγῃν ἢ ἄδεν,
 ὅτι μὴ πρὸς ἀρετὴν καὶ φιλοσοφίαν ἀνοί-
 σασσι. "Τὰ μὲν ἔν ἐκ τῶν νόμων ταῦτα,
 καὶ τοιαῦτα ἕτερα. Ἡμεῖς δὲ ἄρα
 τίποτε δρόσομεν, εἰργόμενοι μὲν τῷ
 δοκεῖν ποιέειν πρὸς χάριν τὴν εὐφημί-
 αν τῶ γενέσθαι ἢ ἤδη τῶν ἐπαίνων δια-
 τῆς ὅσα ὀρθῶς μετιόντας ὑπόπτε δὴ-
 νῶς καθεσῶνται, καὶ κολακείας ἀ-
 γενεῖς, ἀλλ' ἔμαρτυρίας ἀληθεῖς τῶν
 ἀείτων ἔργων εἶναι νομιζόμενται;" ἢ
 γα. ἢ δὴ-
 λον ὅτι
 δηλονότι τῇ περὶ τὴν ἐπαινεμένον ἀρε-
 τῇ πεπιστευκότες ἐπιδώσομεν ἑαυτὰς
 θάρρουντες τοῖς ἐγκωμίοις; Τίς ἔν ἂν
 ἡμῖν ἀρχὴ καὶ τάξις τῶ λόγῳ γένοι-
 το καλλίστη; ἢ δὴλον ὡς ἢ τῶν προγό-
 νων ἀρετῇ, δι' ἣν ὑπῆρξέ σοι καὶ τὸ τοιῶ-
 τω γενέσθαι; τροφῆς ἢ οἶμαί, καὶ παι-
 δείας ἐξῆς προσήκει μνησθῆναι, ἢ περ-
 σοι τὸ πλεῖστον εἰς τὴν ὑπάρχουσαν
 ἀρετὴν σωφιστηνέγκατο. Ἐφ' ἅπασιν
 δὲ τῶτοις ὡσπερ γνωρίσματα τῆ
 ψυχῆς ἀρετῶν τὰς πράξεις διελεῖν
 καὶ τέλει ἐπιτιθέντα τῷ λόγῳ τὰς
 ἐξῆς δηλῶσαι, ὅθεν ὀρμώμενται τὰ
 κάλλιστα τῶ ἔργων ἔδοξας καὶ ἐ-
 βλεῦσω. Τῶτον ᾧ οἶμαί, καὶ τῶ
 ἄλλων πάντων διοίσθαι τὴν λόγον.

A ex Tragica quapiam machina, iis, apud
 quos ager, proponendum esse dicit, ut
 ad virtutem festinent, atque improbi-
 tatem fugiant, sed quamplurimas ad
 id vias ac rationes inire permittit ei,
 qui illius naturam imitari velit: sive e-
 gregiam aliquam cohortationem, & ad
 suadendum accommodatam orationem
 adhibeat: sive peccata amice ac bene-
 vole castiget: sive quæ præclare gesta
 sunt prædicet, aut quæ secus se habent op-
 portuno tempore vituperet. Sed & aliis
 generibus, si cui libuerit, uti ad id quod
 orationi optimum est concedit: ita tamen
 ut in omni sermone & actione memini-
 se jubeat, quemadmodum sint eorum ra-
 tionem quæ dixerint reddituri, & ut nihil
 omnino dicant, quod non ad virtutem ac
 Philosophiam referant. Hæc igitur lex
 ista continet, & id genus alia. Nos ve-
 ro quid tandem faciemus, cum & idcirco
 dicere prohibeamur, quod laudem illam
 ac prædicationem ad gratiam & favorem
 accommodare videamur: genus autem il-
 lud laudationis, propter eos, qui minus
 recte pertractant, mirum in modum sit su-
 spectum, atque ad turpem & illiberalem
 adulationem, non ad verum egregiorum
 facinorum testimonium, pertinere credatur?
 Num scilicet hujus, quem prædicandum
 suscepimus, virtute freti nos in ea præco-
 nia cum fiducia commitemus? Quod
 igitur orationis nostræ principium, aut
 quis ordo accommodatissimus esse pote-
 rit? Nonne majorum tuorum imprimis
 commemoranda virtus, per quam ejus-
 modi ut esses obtinueris? Secundum hanc
 vero educationis atque institutionis me-
 minisse consentaneum erit, quæ ad eam
 virtutem, quæ in te est, quamplurimum
 contulit. Ad hæc omnia, præclara tua faci-
 nora, tanquam virtutum animi signa atque
 indicia, persequi. Ac denique, ut orationi fi-
 nem imponam, affectiones ipsas explicare,
 quibus impulsus facinorum præstantissima
 quæque gessisti, ac gerendorum consilium ce-
 pisti. Ego enim arbitror hanc ipsam orationem
 reliquis omnibus præstantiorem futuram.

Nam

Nam alia solis in actionibus consistunt; propterea quod earum mentionem atque tractationem putant ad absolutam sibi praedicationem sufficere. Ego vero maximam orationis partem virtutibus ipsis tribuendam censeo; ab quibus excitatus ad tantam rerum praecclare gestarum magnitudinem perveneris. Etenim facinorum pleraque, sive omnia potius, a fortuna, a satellitibus, a militum copiis, ab equitum aut peditum ordinibus communiter geruntur; quae a virtute profecta sunt, ejus solius sunt, qui fecerit: eaque laus, quae ex iis sequitur, cum vera ac sincera sit, ejus, qui compos fuerit, propria est ac praecipua. Quamobrem cum haec sint a nobis aperte constituta, deinceps initium dicendi faciam.

Ac laudandi quidem leges ac regulae patriae non minus quam majorum fieri mentionem praecipunt. Ego vero nescio quamnam praeter ceteris appellari patriam tuam oporteat. Etenim innumerae nationes jam pridem id sibi nomen ac decus adscribunt. Nam quae ceterarum principatum atque imperium tenet civitas, cum mater tua sit ac nutrix, tibi que felicibus auspiciis imperium detulerit, eum sibi honorem, tanquam jure suo debitum ac praecipuum, defendit. Nec ea tantum affert ad causam suam, quae in ceteris Imperatoribus usurpare solet: puta etsi aliunde orti sint, tamen quod omnes ejusmodi ad civitatem ac rempublicam adscripti sunt, quodque editis illinc moribus ac legibus utantur, pro civibus suis habendos. Non illud, inquam, solum commemorat; sed hoc praeterea, quemadmodum matrem tuam in lucem ediderit, ac regaliter, & ut futurae proles dignitas postulabat, aluerit. Jam quae ad Bosporum sita est civitas, & a Constantiorum genere nomen obtinuit, non illa quidem patriam se tuam esse dicit: sed a patre tuo ortum accepisse praedicat: & sibi gravem injuriam fieri existimabit, si ea saltem cognatione cujusquam oratione defraudetur. At Illyrici, quod in eorum solo natus sis, tam felici sorte ac conditione privatos se esse non patientur, si quis aliam tibi patriam attribuerit.

Α οί μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν πράξεων ἴστανται, ἀποχρῆν οἰόμενοι πρὸς τὴν τελείαν εὐφροσύνην, τὸ τέτων μνησθῆναι. Ἐγὼ δὲ οἶμαι δεῖν περὶ τῶν ἀρετῶν τὸν πλεῖστον λόγον ποιήσασθαι, ἀφ' ὧν ὀρμώμενοι ἐπὶ τὸ σὸν κατορθωμάτων ἡλ-
 θες. τὰ μὲν γὰρ πλεῖστα τῶν ἔργων, σχεδὸν ἢ ἢ πάντα, τύχη, καὶ δορυφόροι, καὶ στρατιωτῶν φάλαγγες, καὶ τάξεις ἰππέων, καὶ πεζῶν συγκατορθῶσι. τὰ δὲ τῶν ἀρετῆς ἔργα μόνος τέ ἐστι τὸ δράσαντος, καὶ ὁ ἐν τέτων ἔπαυσι ἀληθῆς καθεστώς, ἰδίος ἐστὶ τῶν κεκμημένων. σὺ δὲ ἐπέδη ταῦθ' ἡμῖν σαφῶς διώρισται, τῶν λόγων ἀρξομαι.

Ο μὲν δὲ ἐν τῶν ἐπαύων νόμοι εὐδὲν ἔλαττον τῶν πατρίδων ἢ τῶν προγόνων ἀξιοῖ μεμνησθῆναι. ἐγὼ δὲ σὺ οἶδα τίνα χρὴ πρῶτον ὑπολαβεῖν πατρίδα σὴν. ἔθνη γὰρ μυρία περὶ ταύτης ἀμφισβητεῖ πολὺ ἤδη χρόνον. καὶ ἡ μὲν βασιλεύουσα τῶν ἀπάντων πόλις μήτηρ ἔσται σὴ, καὶ τροφός, καὶ τὴν βασιλείαν σοι μετὰ τῆς ἀγαθῆς τύχης παρασχῶσα, ἐξαιρέτων αὐτῆς Φησὶν εἶναι τὸ γένος, οὐ τοῖς κοινοῖς ἀφ' ἀπάντων τῶν αὐτοκρατόρων δικαίοις χρωμένη. λέγω δὲ ὅτι καὶ ἀλλαχόθεν τυγχάνωσι, τῶν μελέχειν ἀπάντας ἤδη τῶν πολιευμάτων, καὶ τοῖς ἐκείθεν ἡμῖν καταδειχθεῖσιν ἔθεσι, καὶ νόμοις χρῆσθαι, πολλῆται γεγονόσιν. ἐκὼν ὡς τεκῶσα τὴν σὴν μητέρα, καὶ θρεψαμένη βασιλικῶς, καὶ τῶν ἐσομένων ἐγγόνων ἀξίως. ἡ δὲ ἐπὶ τῶν Βοσπόρων πόλις ὅλα τῶν γένος τῶν Κωνσταντῶν ἐπαύνομος, πατρίς μὲν οὐκ εἶναι Φησὶ. γενομένη δὲ ὑπὸ τῶν σὸν πατρὸς ὁμολογεῖται, καὶ δεῖν πάσχειν οἰήσασθαι εἰ ταύτης γέντις αὐτῆν τῶν λόγων τῆς συγγενείας ἀφαιροῖτο. Ἰλλυριοὶ δὲ, ὅτι παρ' αὐτοῖς γέγονας, ἐκ ἀνέξονται τῶν καλλίστων τῶν εὐτυχημάτων σερόμενοι, εἰ τις ἄλλην σοι πατρίδα προσνέμοι.

Αἰσῶ δὲ ἔγωγε, καὶ τῶν ἐσῶν ἤδη τι-
 νὰς λέγειν, ὅτι μὴ δίκαια δρῶμεν ἀφαι-
 ρέμενοι σφᾶς τὸν ἐπὶ σοὶ λόγον. αὐ-
 τοὶ γὰρ φασὶ τὴν τήθην ἐπὶ τὸν τῆ μη-
 τροπάτορ τῆ σῆ προπέμψαι γά-
 μον, καὶ σχεδὸν ἀπαντες οἱ λοιποὶ προ-
 φάσεις ἐπινοῶντες μικρὰς ἢ μεζζονας,
 αὐτοῖς εἰσποιεῖν ἐν παντὸς ἐγνώκε-
 σαν. Εἰσὶ μὲν ἐν τὸ γέρας ἦν ἐθέ-
 λεις, καὶ ἦν ἀρετῶν μητέρα, καὶ διδάσκα-
 λον πολλὰς ἐπαινῶν εἰρηκας. τυγχά-
 νοντων δὲ ἐκάστη καλὰ τὴν ἀξίαν ἀλοι-
 παὶ τῆ προσήκουσιν. Εἰ γὰρ δὲ ἐπαι-
 νεῖν μὲν ἀπάσας εὐχομαὶ ἀξίας ἔσας
 ἀξίας καὶ τιμῆς. ὁκνῶ δὲ, μὴ διὰ τὸ μη-
 κῆ, εἰ καὶ δοκεῖ λίαν οἰκεία τῆ παρόν-
 τῆ λόγῳ, διὰ τὸ καιρὸν ἀλλότρια φα-
 νῆ. Τῶν μὲν ἐν ἄλλων τῆς ἐπαινεῖς διὰ
 τῆτ' ἀφῆσεν μοι δοκῶ. Τῆς Ρώμης δ'
 τὸ κεφάλαιον τῆ ἐπαινῶν αὐτὸς, ὡ βα-
 σιλεῦ, συλλαβῶν ἐν βραχεῖ, καὶ διδά-
 σκαλον ἀρετῆς προσειπωῶν, τῶ δὲνα
 τὸ κάλλισον τῆ ἐγκωμίων, τῆς παρὰ
 τῶν ἄλλων λόγῳ ἀφαιρήσῃ. Τί γ'
 λέξομεν ἡμεῖς περὶ αὐτῆς τοῖστων; τί
 δὲ ἄλλός τις εἰπῶν ἔχῃ; ὡς ἐμοὶ δοκῶ
 σεβόμενον εἰκότως τὴν πόλιν τῆτῶ
 τιμῶν αὐτὴν πλεον, τῶ παραχωρεῖν
 σοὶ τῆ εἰς αὐτὴν λόγῳ.

γε. ἦν αὐ-
τος ἐστ.

γε. τοῖσ-
των ἔτε-
ρον.

γε. βασι-
λεῖς
ἀπαντες,

10

γε. τε-
κμήρια
τῶν ἀγ.

Ἄλλ' ὑπὲρ τῆς εὐγενείας τῆς σῆς ἴ-
 σως ἀξίον ἐπὶ τῆ παρόντῃ ἐν βρα-
 χεῖ διελθεῖν. ἀπορεῖν δὲ εἰκοι καὶ
 ταῦθα πόθεν ἀρχεῖς χεῖ. πρόγονοί τε
 γὰρ εἰσὶ σοὶ, καὶ πάπποι, καὶ γονεῖς, ἀ-
 δελφοί τε, καὶ ἀνεψιοὶ, καὶ ξυγγενεῖς βα-
 σιλεῖς, ἀπαντες αὐτοὶ κλησάμενοι τὴν
 ἀρχὴν ἐννόμως, ἢ παρὰ τῶν κρατέωντων
 εἰσποιηθέντες. Καὶ τὰ μὲν παλαιὰ
 τί δεῖ λέγειν, Κλαυδίου μνησθέντα, καὶ
 τῆ ἀρετῆς τῆς ἐκείνου ἐναργῆ παρέχειν,
 καὶ γνώριμα πᾶσι τεκμήρια. τῶν ἀ-
 γώνων πρὸς τῆς ὑπὲρ τὸν Ἴσρον οἰκῶν-
 τας βαρβάρους ἀναμιμνήσκοντα. καὶ
 ὅπως τὴν ἀρχὴν ὁσίως ἄμα καὶ δι-

A Sed Orientalium quoque populorum dicere
 nonnullos audio, iniquos esse nos, qui su-
 am sibi de te gloriationem auferamus: se
 enim aviam tuam materno avo conjugem
 obtulisse. Itaque ceteri propemodum
 omnes, sive leviori, sive majori aliqua oc-
 casione freti, arrogare te sibi omni ope con-
 tendunt. Verum habeat hoc illa sibi de-
 cus, quam habere ipse mavis, quamque vir-
 tutum parentem ac magistrum saepe praed-
 icando dixisti; reliquae pro merito quaeque
 B suo quod debitum est assequantur. Ego
 vero ornare quidem omnes ac praedicare
 velim, dignas honore ac praconio; sed
 vereor ne ista propter longitudinem, etsi
 praesenti orationi accommodatissima sint,
 ab hoc tempore aliena esse videantur.
 Quare ceterarum commendationem ob
 eas causas praetermittam. Quod vero
 ad Romam ipsam attinet, cum illius lau-
 dum caput ac summam paucis, Impera-
 tor, complexus sis, ac virtutis magistrum ap-
 pellaveris; hoc ipso, quod praconium ei
 C omnium praestantissimum tribuisti, ceteris
 orationem omnem ademisti. Nam
 quid nos tandem aliud ejusmodi de ea di-
 cere, aut quid alter de ea commemorare
 poterit? Itaque mihi videor, cum eam ci-
 vitem merito veneratione prosequar,
 majorem ei hoc ipso honorem tribuere,
 quod illius praedicationem tibi uni potis-
 simum deferam.

Sed de nobilitate generis tui paucis
 forsitan in praesentia disputare convenit.
 Verum hic etiam harere videor, undenam
 dicendi mihi faciendum sit initium. Nam
 D & majores tui, & avi, & parentes, & fra-
 tres, & patruales, & cognati, Imperato-
 res omnes fuerunt: cum imperium aut
 legitime sibi peperissent ipsi, aut ab iis, qui
 jam illud tenerent, adoptati fuissent. Ac ve-
 tera quidem quid attinet dicere; aut Impera-
 toris Claudii meminisse, atque egregia illius
 virtutis, quam in imperio praestitit, clara &
 comperta omnibus argumenta proferre,
 commemoratis iis praeliis, quae cum Barbaris
 supra Danubium habitantibus gesit: utq; ad
 imperium sancte ac juste pervenerit: ac de-
 nique

nique summam in ea amplitudine facilitatem, atque in vestitu modestiam retinuerit, quæ in illius imaginibus in hodiernum usque diem cernitur? Jam quæ de avis tuis dici possunt, quanquam istis recentiora, non minus tamen illis ad splendorem insignia sunt. Nam ambo pariter imperium obtinuerunt, cum eo digni propter virtutem habiti essent; cumque ad rerum administrationem pervenissent, tanta cum erga se invicem benevolentia, tum erga eum, a quo facti erant imperii participes, pietate præditi fuerunt, ut & ille nihil unquam se consultius fecisse diceret, tametsi multa alia Reipublicæ utilia ac salutaria reperisset; & hi mutuam inter se societatem pluris, quam universum imperium ad singulos, si fieri posset, translatum, facerent. Ac cum animo ita comparati essent, pulcherrima facinora designarunt: secundum Deum præcipue illum observantes, a quo imperium acceperant, sibi que subditos sancte atque humaniter tractantes; Barbaros vero, qui in agro nostro, perinde ut in proprio, jampridem confederant, & habitabant, inde profligantes, & adversus eorum impetum castella munientes, tantam suis omnibus pacem pepererunt, quantam ne voto quidem assequi posse quispiam videretur. Sed de his adeo leviter, & quasi prætereuntem dicere minime convenit. Quod vero maximum est mutua illorum concordia signum, & orationi huic alias consentaneum, nullo modo prætermittendum est. Cum enim pulcherrima conjunctione liberos suos confociare vellent, parentes tuos matrimonio copularunt. Qua de re nonnulla mihi breviter attingenda censeo: ut ne imperii solum, sed etiam virtutis hæres esse videaris. Igitur quemadmodum pater tuus post parentis sui obitum non modo ipsius iudicio, verum etiam exercituum omnium suffragio imperium sit adeptus, quid est quod diligentius prosequamur? Egregia vero illius bellicis in rebus virtus ex rebus gestis melius, quam ex cujusquam orati-

Α καίως ἐκλήσατο· ἢ τὴν ἐν βασιλείᾳ τῆς διαίτης λιτότητα, ἢ τὴν ἀφέλειαν τῆς ἐσθῆτος ἐπὶ τῶν εἰκόνων ὀρωμένην ἔτι; Τὰ δὲ ὑπὲρ τῶν πάππων τῶν σῶν ἐστὶ μὲν τῶν νεώτερων, λαμπρὰ δὲ ἔμειον ἐκείνων. Ἐτυχον μὲν γὰρ ἀμφὸς τῆς ἀρχῆς δι' ἀρετὴν ἀξίω κριθέντες· γενομένου δὲ ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἔτι πρὸς τε ἀλλήλους εὐνοικῶς ἔσχον, ἢ πρὸς τὸν μελαδόντα τῆς βασιλείας εὐσεβῶς, ὡς ὁ μὲν ὠμολόγη μὴδὲν ἰσχυρῶς τῆς πώποτε.
 Β τῆς κρείττονος βεβηλωθῆσαι, πολλὰ ἢ ἄλλα σωτήρια τοῖς κοινοῖς ἐξευρών· οἱ δὲ τὴν μετ' ἀλλήλων κοινωσίαν μᾶλλον, ἢ τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν, εἶπερ οἷόν τε ἦν, ἐκείνῳ περιγενομένην ἠγάπων. Οὕτω δὲ διακείμενοι τὰς ψυχὰς τῶν ἔργων ἔδρων τὰ κάλλιστα, σεβόμενοι μὲν μετὰ τὴν κρείττονα φύσιν τῆς ἀρχῆς ἀυλοῖς παρασχόντα· τοῖς ὑπηκόοις δὲ ὁσίως, καὶ φιλανθρωπῶς χρώμενοι· καὶ τὰς βαρβάρους ἐν ἐλαύνοντες
 C μόνον πάλαι κατοικῆντας, καὶ νεομύθεντας καθάπερ τῆς οἰκίαν ἀδεῶς τὰ ἡμέτερα· φερίαι δὲ ἐπιχειροῦντες, (φίς) πρὸς αὐτὴν τοσαύτην εἰρήνην φίς ὑπηκόοις κατέστησαν, ὅσην ἔδεδεῖτο ἔυξασθαι τότε ῥάδιον ἐδόκη· Ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τῶν ἐν ἀξίον ἐν παρέργῳ λέγειν. Τῆς δὲ ὁμοιοῦς αὐτῶν τῶν πρὸς ἀλλήλους τὸ μέγιστον σημεῖον παραλιπεῖν ἔδαμῶς ἔυλογον, ἢ ἄλλως προσῆκον τῷ λόγῳ.
 D ἐπινοήσαντες, τῶν πατέρων τὰς γάμους ἤρμωσαν. Προσῆκόν δὲ οἶμα ἢ περὶ τῶν ἐν βραχεῖ διελεῖν· ὅπως μὴ τῆς ἀρχῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρετῆς φανῆς κληρονόμοι. Τὴν μὲν ἐν βασιλείαν ὅπως μετὰ τὴν τῶν πατέρων κατέσχε τελευτήν, αὐτῶν τε ἐκείνων τῆς κρίσεως, καὶ τῶν στρατοπέδων ἀπάντων τῆς ψήφου πατρὸς ὁ σὸς, τί χρὴ νῦν περιεργάζεσθαι; τὴν δὲ ἐς τὰς πολέμους ῥώμην ἐν τῶν ἔργων μᾶλλον, ἢ διὰ τῶν

τῶν λόγων ἂν τις γνωρίσειε. Τυραννίδας ᾗ, ἀλλ' ἐ βασιλείας ἐνόμους καθαιρῶν, τὴν οἰκισμένην ἐπὶ ἤλθεν ἀπασαν. τοσαύτην δὲ εὐνοϊαν αὐτῷ φῖς ὑπηκόοις κατέστησεν, ὥστ' οἱ μὲν στρατεύομενοι τ' περὶ τὰς δωρεάς, καὶ χάριτας μεγαλοψυχίας ἔτι μεμνημένοι, καθάπερ θεὸν διαλεῖσσι σεβόμενοι. τὸ δὲ ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ ἐπὶ τ' ἀγρῶν πλήθ' ἔχ' ἔτω τῆς τ' τυράννων ἀπαλλαγῆναι βαρύτητος εὐχόμενοι, ὡς παρὰ τῶ σὲ πατρὸς ἀρχθῆναι, τ' καὶ αὐτῶν ἐκείνων νίκην ἐπὶ ἠύχοντο. Ἐπεὶ δὲ πάντων κύριος κατέστη, ὥσπερ ἐξ ἀρχμῶ τῆς ἀπλησίας τῶ δυναστεύσαντι, πολλῆς ἀπορίας χρημάτων ἔσης, καὶ τῶ πλῆτ' τ' βασιλείων ἐν μυχοῖς συωλεηλαμένω, τὸ κλειθερον ἀφελῶν, ἐπέκλυσεν ἀθρόωσ τῶ πλῆτ' πάντα. πόλιν τε ἐπώνυμον αὐτῷ κατέστησεν ἐν ἑδὲ ὅλοις ἔτεσι δέκα, τοσάτω τ' ἄλλων ἀπασῶν μείζονα, ὅσω τῆς Ρώμης ἐλαττῆσθαι δοκεῖ. ἢ τὸ δευτέρω τελείθαι μακρῶ βέλτιον ἔμοιγε φαίνεται, ἢ τὸ τ' ἄλλων ἀπασῶν μείζονα ἢ πρώτην νομιζέσθαι. Καλὸν ἴσως ἐνλαῦθα, καὶ τ' αἰοιδίμων Ἀθηναῶν μνησθῆναι. ἄς ἐκεῖν ἔργοις καὶ λόγοις τιμῶν τ' πάντα χρόνον διέτελε. βασιλεὺς γ' ὢν, καὶ κύριος πάντων, στρατηγὸς ἐκείνων ἡξίω καλεῖσθαι, ἢ τοιαύτης εἰκόν' τυχεράνων μετ' ἐπιγράμματι, ἐγάνυτο πλέον, ἢ τ' μεγίστων τιμῶν ἀξιοθεῖς. ἀμειβόμενος δὲ ἐπ' αὐτῶ τὴν πόλιν, πυρῶν μεδίμνωσ δίδωσι πολλάκις μυριάσ καθ' ἕκαστον ἔτ' δωρεὰν καρπέσθαι. ἐξ ὧν ὑπῆρχε τῇ πόλει μὲν ἐν ἀφθόνοις εἶναι, ἐκείνω δὲ ἔπαισοι καὶ τιμαὶ παρὰ τ' βελτίων.

γράφων

γράφων

γράφων

γράφων

γράφων

Πολλῶν δὲ καὶ καλῶν ἔργων τῶ πατρὶ τῶ σὲ πραχθέντων, ὧν τε ἐπεμνήσθην, καὶ ὅσα παρὰ τὸ μῆκος παραλιπεῖν δοκῶ, πάντων ἀριστον φαίην

A one cognoscitur. Etenim tyrannicos ille dominatus, non legitima imperia, funditus tollens, universum orbem peragravit; tantumque sui amorem in subditorum sibi animis excitavit, ut vel hodie milites ejus in donativis & largitionibus magnificentiae memores, tanquam divinum aliquod numen venerentur: urbana vero ac rustica multitudo, non tam ut gravi tyrannorum jugo solveretur, quam ut parentis tui imperio subesset, huic de illis victoriam precaretur. Posteaquam vero dominus omnium est constitutus, cum ex immoderata ejus cupiditate, qui ante dominabatur, velut siccitate quadam, summa esset pecuniarum inopia, ac cum omnes in Palatii penetralibus congestae ac reconditae forent; ille, claustris submotis, ubique repente omnes effudit: tum sui nominis urbem infra decem annos extruxit, quae tanto ceteris major est omnibus, quanto Roma ipsa inferior videtur. A qua quidem secundo loco numerari multo mea sententia praestantius est, quam reliquis omnibus majorem primamque judicari. Hic ego forsitan Athenarum celeberrimae urbis mentionem opportune fecero, quibus ille perpetuo summum cum factis, tum verbis honorem habuit: cumque princeps omnium esset ac dominus, Ducem se nihilominus illorum appellari voluit: atque ejusmodi imagine & inscriptione donatus, impensius laetabatur, quam si amplissimis esset honoribus affectus. Ceterum ut ob eam rem civitati gratiam referret, tritici medimnorum millia multa quotannis assignavit. Qua ex re cum urbi ipsi summa rerum omnium ubertas atque affluentia; tum illi laudes & honores ab optimis viris contigerunt.

Sed etsi multa a parente tuo praecclare gesta sint, quae partim commemoravi, partim ne longior sim praetermisisse video; unum tamen omnium esse praestantissimum auda-

audacter dixerim, cæteris, ut opinor, suffragantibus, procreationem scilicet, educationem, atque institutionem tuam. Ex quibus reliquis omnibus accidit, ut optimo imperio non ad breve aliquod tempus, sed quam fieri potest longiore perfruantur. Itaque etiamnum imperare is videtur. Quod quidem Cyrus minime consequi potuit. Nam post ejus obitum filium multo deteriore habuit: adeo ut ille populi pater, dominus alter appellatus sit. Te vero parente quidem humaniorem multo, ac plerisque aliis in rebus superiorem esse scimus; idque adeo, ubi opportunum erit, oratione mea demonstrabo. Verum istud ipsum ad eum quoque pertinere arbitror, qui te optimæ illius institutionis participem fecerit: de qua deinceps dicere aggredior, ubi de matre ac fratribus tuis pauca dixerō. Etenim tantum in illa nobilitatis, ac pulchritudinis, & morum probitatis inerat, quantum in nulla alia scæmina facile quispiam reperire possit. Nam etsi de Parysatide celebrari istud a Persis audiam, unam illam, sororem, matrem, uxorem, ac filiam regis extitisse; tamen eadem conjugis sui natura soror erat: propterea quod Persis lege licitum erat sororem suam in matrimonio habere. Tuæ vero matri ex nostrarum legum præscripto, inviolata ac sincera illa jura necessitudinis conservanti, hoc nihilominus est tributum, ut unius esset filia, alterius uxor, soror itidem alterius; mater porro non unius solum, sed multorum esset Imperatorum. Quorum alius susceptum contra tyrannos bellum una cum patre confecit; alius debellatis Getis pacem nobis cum illis tutam ac securam præstitit; alius fines nostros immunes ab hostium incursione atque impetu servavit, cum ipse in eos sapius exercitum duceret: donec id per eos licuit, qui paulo post suorum in eum scelerum atque injuriarum pœnas dederunt. Jam cum multa ab iis edita sint egregia facinoræ, ob quæ collaudari merito atque exornari queant; exter-

A ἂν, οἶμαι δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἀπαντας ὁμολογήσειν, τὴν γένεσιν, καὶ τροφήν, καὶ παιδείαν. ἐξ ἧς ὑπάρχει τοῖς λοιποῖς ἔτι πρὸς ὀλίγον ἀπολαῦσαι τῆς ἀρίστης ἀρχῆς, ἀλλ' ὡς οἶόν τέ ἐστιν εἰς πλείονα χρόνον. δοκεῖ γὰρ ἐκεῖν ^{γρ. ἀρχεῖν ἐκεῖν} ἄρχεω εἰσέτι. καὶ Κύρω μὲν ἔχ' ὑπῆρχε τῆτο. τελευτήσασιν ^{γρ. ὁ παῖς} γὰρ ὁ παῖς ὠφθη μακρῶ Φαυλότερον. ὡς ὁ μὲν ἐκαλεῖται πατήρ· ὁ δὲ ἐπωνομάσθη δεσπότης. Σὲ δὲ πραότερον ^{γρ. καὶ Περσῶν} μὲν τῶ πατρὸς, καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς κρείττονα σαφῶς ἔτι οἶδα. καὶ δηλώσω τῶ καιρῶ φανέν ^{γρ. καὶ Περσῶν} ἐν τῷ λόγῳ. Ἐκεῖν δὲ προσήκειν καὶ τῆτι νομίζω, μέγαδόντισι τῆ ἀρίστης τροφῆς. ὑπὲρ ἧς ἤδη λέγω πειράσομαι, μητρὸς καὶ ἀδελφῶν τῶν ἐπιμνηθεῖς. Τῆ μὲν ἦ εὐγενείας τοσούτον περιῆν, καὶ κάλλος σώματι, καὶ τρόπων ἀρετῆς, ὅσον ἐκ ἄλλῃ γυναικὶ ῥαδίως ἂν τις ἐξεύροι. Ἐπεὶ καὶ τῆ Περσῶν ἀκῶ ^{γρ. καὶ Περσῶν} ὑπὲρ Παρυσάτιδ ^{γρ. καὶ Περσῶν} λόγον, ὅτι μόνῃ γέγονεν ἀδελφῆ, καὶ μήτηρ, καὶ γαμετῆ, καὶ παῖς βασιλέως. ἀλλ' ἦν γε αὐτῆ τῶ γήματι ἀδελφῆ τῆ φύσει, νόμῳ δὲ ἐδίδοι γαμεῖν ἀδελφῆν τῶ Πέρσῃ. Τὴν σὴν δὲ μητέρα κατὰ τὰς παρ' ἡμῶν νόμους, ἀχράντης καὶ καθαρὰς τὰς οἰκειότητος ταύτας φυλάττεσαν, τῶ μὲν εἶναι παῖδα, γαμετῆν δὲ ἑτέραν, καὶ ἀδελφῆν ἄλλαν, καὶ πολλῶν αὐτοκρατόρων, ἐχὼ δὲ ἐνὸς μητέρα. ὧν ὁ μὲν τις τῶ πατρὶ συγκάτεργασατο τῆ πρὸς τὰς τυράννας πόλεμον· ὁ δὲ τὴν πρὸς τὰς Γέτας ἡμῶν εἰρήνην τοῖς ὅπλοις κερλήσας ^{γρ. ἀσφαλῆ} παρεσκευάσεν ἀσφαλῆ· ὁ δὲ, ἐτήρησεν ἀβαλον τοῖς ^{γρ. πολεμίοις} πολεμίοις ἐκεῖνοις τὴν χώραν, αὐτὸς ἐπιστρατεύων ἐκεῖνοις ^{γρ. πολεμίοις} πολλαῖς, ἕως ἐπέτρεπον οἱ μικρὸν ὑπερον τῆ εἰς ἐκεῖνον ἀδικημάτων δίκην ὑποσχόντες. Πολλῶν δὲ ὑπαρχόντων ἐκεῖνοις περιφανῶν ἔργων, ἐφ' οἷς ἂν τις ^{γρ. αὐτὰς} δικαίως ἐπαινεῖν ^{γρ. ἐχοι} ἔχῃ, καὶ τῆ ἐκ τῆς τύχης

B

χης

χης ἀγαθῶν περισσίας· ἔδέν ἐστι **A**
 τοῖστο τῶν ἄλλων, ἐφ' ᾧ μακαρίζων
 τις αὐτὸς εἰκότως σεμνῶσι, ὡς ὅτι τῆ
 μὲν ἀπόγονοι, τῆ δὲ ἔκγονοι. Ἀλλ'
 ἵνα μὴ μακρότερα περὶ αὐτῶν λέγων
 τὸν ὀφειλόμενον τοῖς ἐπαίνοις τοῖς σοῖς
 καιρὸν ἀναλώσω τῆ λόγῳ, πειράσο-
 μαί λοιπόν, ὡς ἡμῖν ἄξιον, μᾶλλον δὲ, εἰ
 δεῖ μηδὲν ὑποσειλάμενον εἰπεῖν, μακροῦ
 τῆ προγόνων ἐπιδείξω σεμνότερον. Φή-
 μας μὲν δὴ, καὶ μαυλείας, καὶ ὄψεις τὰς **B**
 ἐν τοῖς ὕπνοις, καὶ ὅσα ἄλλα θρυλλεῖν
 εἰώθασιν ἐπὶ τῆ ἔτω λαμπρὰ καὶ περι-
 φανῆ πραξάντων, Κύρου, καὶ τῆ τῆς ἡ-
 μετέρας οἰκιστῆ πόλεως, καὶ Ἀλεξάνδρου
 τῆ Φιλίππου, καὶ εἰ τις ἄλλο τοῖστο
 γέγονεν, ἐκῶν ἀφήμι. δοκεῖ γὰρ ἔμπό-
 ρῳ ταῦτα τῆ ποιητικῆς ἐξουσίας εἶναι.
 Καὶ τὰ παρὰ τῆ πρώτην ὑπάρξαντά σοι
 γένησιν, ὡς λαμπρὰ καὶ βασιλικὰ τὸ
 λέγειν εὐήθεα. Ἀλλ' ἐπειδὴ τῆ ἐν τοῖς
 παισὶν ἀγωγῆς ὁ καιρὸς ὑπομένημι, **C**
 ἔδῃ σοι τῆ βασιλικῆς τροφῆς δὴ παθεῖν,
 ἢ τὸ μὲν σῶμα πρὸς ἰσχυρῶ, καὶ ῥώ-
 μην, καὶ εὐεξίαν, καὶ κάλλοσ ἀσκήσῃ·
 τὴν ψυχὴν δὲ πρὸς ἀνδρείαν, καὶ δικαι-
 οσύνην, σωφροσύνην, καὶ Φρόνησιν ἐμ-
 μελῶσ παρασκευάσῃ. Ταῦτα δὲ ἔ-
 ράδιον διὰ τῆς ἀνεμιμένης ὑπάρχειν δι-
 αίτης, θρυπλέσης μὲν ὡς εἰκὸς τὰς
 ψυχὰς· ἀσθενετέρας δὲ ἀπεργαζο-
 μένης πρὸς τε τὰς κινδύους τὰς γνώ-
 μας, καὶ πρὸς τὰς πόνους τὰ σῶματα. **D**
 Οὐκ ἔν τῶ μὲν ἔδῃ γυμναστικῆς, τῆ
 σῶματι· τῆ ψυχὴν δὲ τῆ τῆ λόγων
 ἐκόσμη μελέτη. ἐπὶ πλέον δὲ ὑπὲρ
 ἀμφοτέρων ἄξιον διελθεῖν. Ἀρχὴ γάρ
 τις αὐτῆ τῶν μετὰ ταῦτα πράξεων γέ-
 γονε. τῆς μὲν ἐν ἐπιμελείας τῆς περὶ
 τὴν ἰσχυρῶ ἔτὸ πρὸς τὰς ἐπιδείξεις ἀρ-
 μόζον ἤσκησας· ἡμισα βασιλεῖ πρέ-
 πειν ὑπολαβὼν τῆ τὰς παλαίστρας κα-
 τεληφότων τὴν θρυλλεμένην εὐεξίαν

ἡ τοῖστο
τον

ἡ ἀνα-
λώσω, τῆ
λ. π.

ἡ ἐπι-
δείξῃ
σεμν.

ἡ καὶ τὰ
σῶματα.
ἡ ἐργα-
ζομένης.

ἡ τὸ
σῶμα.

ἡ νόμων
ἐκόςμεις

norum quoque bonorum copia possit ad-
 jungi; nihil est tamen ceterarum rerum,
 ex quo tantum ad illorum prædicationem
 splendoris atque ornamenti quisquam col-
 ligat, quantum ex eo, quod ejusmodi viro-
 rum partim nepotes fuerint, partim filii. Ve-
 rum ne si in illis commemorandis longior
 fuero, laudibus tuis debitum tempus eximam
 orationis meæ: deinceps, uti a me fieri æ-
 quum est, conabor; vel, ut audacter id quod
 res est ac sine tergiversatione dicam, osten-
 dam re ipsa, multo te majoribus tuis digni-
 tate ac gloria præcellere. Atque omina qui-
 dem illa, Deorum responsa, nec non visa, &
 id genus alia, quæ de iis vulgari solent, qui
 præclaras res atque insignes adeo gesserunt;
 quemadmodum de Cyro, atque urbis no-
 stræ conditore, & Alexandro Philippi filio, &
 aliis ejusmodi ferunt: hæc, inquam, omnia
 consulto prætereo. Videntur enim hæc a
 poetica licentia non multum recedere. Quæ
 vero a primo statim ortu tibi contigerunt,
 ea quam magnifica & regalia fuerint perse-
 qui dicendo putidum fuerit. Sed quoni-
 am de puerili institutione tua mihi ex ea oc-
 casione venit in mentem: nimirum tibi regia
 educatione opus erat, quæ partim corpus ipsū
 ad firmitatem, ac robur, optimumque habi-
 tum & pulchritudinem conformaret: par-
 tim animum ad fortitudinem, justitiam, tem-
 perantiam, ac prudentiam scite atque idonee
 compararet. Porro hæc ipsa difficile est eo
 victu suppetere, qui animos perinde atque
 corpora enervat ac frangit; quique im-
 becilliores voluntates ad subeunda pericu-
 la facit, & ad capeffendos labores corpo-
 ra ipsa debilitat. Itaque alteri quidem par-
 ti, nimirum corpori, Gymnastica opus e-
 rat; alteram, hoc est animum, meditatio-
 ne doctrinarum atque artium excolebas.
 Sed de utrisque nobis copiosius hoc loco
 dicendum est. Ab hoc enim initio præclaræ
 illæ res gestæ atque eximix sunt excitatæ. Igi-
 tur quod ad virium exercitationem attinet,
 non ea usus es, quæ ad ostentationem solam
 refertur. Neque enim decantatam illam
 corporis constitutionem, quæ Palestri-
 corum propria est, Imperatori consentaneam
 esse

esse judicasti; qui scilicet verorum esse certaminum particeps debeat. cum ille somnum brevissimum, cibum parcissimum desideret; neque ipsum vel copia, vel qualitate, vel usurpandi tempore semper eodem modo definitum; sed parabilem ac vulgarem, cum ejus capiendi per negotia facultas data fuerit. Quamobrem ad illud quoque comparandas exercitationes putasti; easdemque & varias, & militares esse: saltare in armis, decurrere, equitare. quæ tu omnia ab initio tractasti; tantumque in singulis horum consecutus es, quantum cæterorum militum nullus. Ex iis enim alius pedes quidem bonus est; sed equitandi tamen imperitus: alius equestri scientia præditus, pedestre ad certamen descendere veretur. Tibi hoc uni præcipuum est, ut & inter equites optimus videare, cum te ad illorum cultum atque habitum transtulisti: & inter pedes adscriptus, robore omnes, ac celeritate, & agilitate pedum antecellas. Ac ne forte otiosæ tibi relaxationes animi, & sine armorum meditatione transeant, sagittas dirigere ad scopum didicisti. atque una & corpus ipsum voluntariis laboribus ad non voluntarios perferendos idoneum reddidisti; & animum doctrinarum studio, ac consentaneis ætati huic artibus imbuisi. Qui ne omnino inexercitatus esset, aut quæ de virtutibus traduntur, sic tanquam cantiones quasdam, & fabulas audiret; ac tanto interim tempore præclarorum facinorum, & gestorum rudis, atque expers foret: quod egregius ille Plato faciendum censebat, ut adjectis ad pueros quibusdam velut pennis, impositi equis illi ducerentur ad prælia, quo earum rerum spectaculo interessent, quarum paulo post actores esse eosdem oporteret: hoc ipsum parentem tuum jure dixerim præclare cum animadvertis.

A μέλλοντι τῶν ἀληθινῶν ἀγώνων μεθέξειν, ὕπνῳ τε ἐλαχίστῳ δεομένῳ, καὶ τροφῆς ἔπι πολλῆς, καὶ ταύτης ἔτε καλὰ πλῆθος, ἔτε καλὰ ποιότηθα πάντως ὠρισμένης. ἔτε καλὰ τὸν καιρὸν, ὃν χρὴ προσφέρειν. τῆ ἐπιτυχίας δὲ, ἐπειδὴν αἱ πράξεις τῆ καιρὸν ἐνδύσιν. Ὅθεν ὡς δεῖν καὶ τὰ γυμνάσια πρὸς ταύτην ποιῆσαι. εἶναι δὲ πολλὰ καὶ στρατιωτικά. χορείαν τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις, δρόμον τὸν ἐν τέτοις, τὴν ἵππιαν τέχνην. οἷς ἅπασιν διατέλλεσθαι ἐξ ἀρχῆς ἐν καιρῷ χρώμενοι. καὶ καλῶς παρὰ σοι τῶν ἑκαστῶν, ὡς παρ' ἐδενὶ τῶν ἄλλων ὀπλιῶν. Οὐκ ἔνδ' ἔστιν ἐκείνων πεζῶν ἀγαθός, τὴν ἵππιαν τέχνην ἠγνόησεν. ὁ δὲ ἐπιστάμενος χρῆσθαι τοῖς ἵπποις, ὅντι πεζῶς εἰς μάχην ἵεναι. Μόνῳ δὲ ὑπάρχει σοι τῆ μὲν ἵππέων ἀρίστω φαίνεσθαι παραπλησίως ἐκείνοις σαλέντι. μελασνευασαμένῳ δὲ ἐς τὰς ὀπλίτας, κρατεῖν ἀπάντων βίωσι, καὶ τάχῃ, καὶ τῆ τῶν ποδῶν κερφότητι. ὅπως ἢ μὴ τὰς ἀνέσεις βραδύμεις εἶναι, μὴ δὲ ἀνευ τῶν ὀπλῶν ποιῆσαι συμβαίνει, ἐπίσκοπα τοξεύειν ἠσκησας. 2, 53B καὶ τὸ μὲν σῶμα διὰ τῆ ἐκασίων πόρων πρὸς τὰς ἀκρίβεις εὖ ἔχειν παρεσκευάσας, τῆ ψυχῆ δὲ ἠγείτο μὲν ἢ τῶν λόγων μελέτη, καὶ τὰ προσήκοντα τοῖς τηλικύτοις μαθήματα.

D Ὅπως δὲ μὴ παυλάπασιν ἀγύμνασθαι ἦν, μηδὲ καθάπερ ἄσματα καὶ μύθους, ὑπὲρ τῶν ἀρετῶν ὑπανέχῃ λόγους, ἔργων δὲ ἀγαθῶν ἢ πράξεων ἀπειρεῖσα τὸν τοσούτον διαμένη χρόνον, καθάπερ ὁ γενναῖος ἠξίωσε Πλάτων, οἷον ἐπὶ τῶν παισὶ χαριζόμενον, καὶ ἐπὶ τῶν ἵππων ἀνάγοντα ἄγειν ὡς τὰς μάχας, θεατὰς ἐσομένους ὧν ἐκ εἰς μακρὰν ἀγωνιστὰς ἐχρῆν καταστῆναι. πατέρα τῶν δὲ δια-

νοηθέντα φαίην ἂν εἰκότως τοῖς Κελ- A
 τῶν ἔθνεσιν ἐπισῆσά σε Φύλακα, ἢ
 βασιλέα, μεράκιον ἔτι, μᾶλλον δὲ
 παῖδα κομιδῇ τῷ χρόνῳ. ἔπει' τῆγε
 σωέσθ, καὶ ῥώμῃ τοῖς καλοῖς κάγα-
 θοῖς ἀνδράσιν ἐνάμιλλον" ἦδη. Τῶ
 μὲν ἀκίνδωνον γενέσθαι σοὶ τὴν πολε-
 μικὴν ἐμπειρίαν ὁ πατὴρ προένοιε κα-
 λῶς, εἰρήνην ἐπιτάξας πρὸς τὴν ὑπη-
 κόχην ἀγεῖν τοῖς βαρβάροις. Μάχεσθαι
 δὲ ἀναπέφθων, ἢ σασιάζειν πρὸς ἀλ- B
 λήλους· ἐν ταῖς ἐκείνων συμφοραῖς,
 καὶ τοῖς σώμασι στρατηγικὴν ἐδίδασκε
 τέχνην· ἀσφαλέςτερον βεβλευόμεν^θ
 τῶ σοφῶ Πλάτων^θ. Τῶ μὲν γὰρ, εἰ
 πεζὸς" ἐπέλθοι πολεμίων στρατός, οἱ
 παῖδες θεῶν, καὶ κοινωνοὶ τῶ ἔργων,
 ἦν παρ' ἀποφθῶσι, τοῖς πατρῶσι γένοιτο
 ἂν. κρατῶν δὲ ἰσπεῦσι τῶ πολεμίων,
 ὥρα μηχανᾶσθαι τοῖς μερακίοις
 σωτηρίας τρόπον δυσεπινόητον. Τὸ δὲ
 ἐν ἀλλοτρίοις κινδύοις τὴν παῖδας ἐ- C
 θίζειν πολεμίων ἀνέχεσθαι, καὶ πρὸς
 τὴν χρεῖαν" ἀρκουῖτως, ἢ πρὸς τὴν
 ἀσφάλειαν δοκεῖ βεβλεῦσθαι. ἐν
 μὲν δὴ τῶτοις σοὶ πρὸς ἀνδρείαν ὑπῆρ-
 χε μελέτη. Φρονήσεως δὲ ἢ μὲν φύ-
 σις, ἦν εἰληχας, αὐτάρκης ἡγεμών.
 παρῆσαν δὲ, οἶμαι, καὶ τῶν πολιτῶν
 οἱ κράτιστοι" τὰ πολιτικὰ διδάσκον-
 τες. καὶ παρῆσαν ἡθῶν, καὶ νό-
 μων, καὶ ξένων ἐπιτηδεύματων ἐμ-
 πειρίαν αἱ πρὸς τὴν ἡγεμόνας τῶν D
 τῆδε βαρβάρων ἐντεύξεις. Καίτοι
 τὸν Οὐδυσσεῖα σιωπῶν Ομηρ^θ ἐκ
 παντός ἀποφῆμαι προαιρούμεν^θ
 πολύτροπον εἶναι Φησι, καὶ πολ-
 λῶν ἀνθρώπων τὸν νοῦν καταγνώ-
 ναι, καὶ" ἐπεξελεῖν ταῖς πόλεσιν
 ἢ ἐξ ἀπάντων ἐπιλεξάμεν^θ ἔχει
 τὰ κράτιστα, καὶ πρὸς παντοδαπὴς
 ἀνθρώπους ὀμιλεῖν διώαιτο. Ἄλλὰ
 τὸν μὲν γὰρ ἐβασίλευσε ποιικίλων
 ἡθῶν ἐμπειρίας χρεῖα· τὸν δὲ πρὸς

set, Gallorum gentibus custodem te atque
 Imperatorem præfecisse adhuc juvenem, vel
 ætate potius admodum puerum: quando-
 quidem, quod ad prudentiam ac robur at-
 tinet, cum præstantissimis viris comparan-
 dum merito te esse cognorat. Qua in re
 egregie hoc a patre tuo provisum est, uti
 prima illa tibi belli experientia sine ullo tuo
 periculo constaret. Nam cum Barbaros sic
 ordinasset, ut cum subditis sibi pacem cole-
 rent; eosdem vero mutuas in cædes atque in-
 testina bella conjecisset; in alienis te calami-
 tatibus atque corporibus imperatoriam ar-
 tem edocuit; multo id quam sapiens ille Pla-
 to consultius providens. Apud illum enim, si
 pedestri acie hostilis exercitus instaret, specta-
 tores forsitan pueri, aut etiam, si opus fuerit,
 operum participes atque adjutores parenti-
 bus esse possunt; sin equestri prælio supe-
 rior hostis fuerit, tum demum de adolescen-
 tularum salute cogitandum: quod quemad-
 modum perficiatur excogitari vix potest. At
 vero alienis in periculis, sustinendis hostibus
 pueros assuefacere, est id non ad usum solum,
 verum etiam ad securitatem abunde provi-
 sum. Hoc igitur rudimentum fortitudinis, at-
 que ea prima exercitatio fuit. Quod vero ad
 prudentiam attinet, etsi dux ad eam idonea
 tibi egregia illa, quam sortitus es, naturæ esset
 indoles, aderant nihilominus ex Romanis
 præstantissimi quique, qui te civili disciplina
 ac solertia formarent: tum rituum, atque le-
 gum, & peregrinorum institutorum scien-
 tiam, assidua, quæ cum illius loci Barbaris ini-
 bas, colloquia comparabant. Atqui Ulyssæ-
 sem nobis Homerus, cum omni ratione
 prudentem comprobare vellet, versutum
 fuisse narrat, & plurimorum mentes ho-
 minum perspectas habuisse, ac civitates
 eo consilio perlustrasse, ut ex omnibus o-
 ptima quæque colligeret, possetque cum
 omni hominum genere versari. Sed huic
 quidem nihil ad paucos illos, quibus im-
 perabat, tanta variorum morum experi-
 entia opus erat. Eum vero, qui ad tan-
 tam

γε. τῆ
 γενέσθ.

γε. ἦδη.

γε. ἐ-
 πέλθη

γε. ἀρ-
 κούντα

γε. ἐπελ-
 θεῖν

γε. τὸ
 μὲν

tam educaretur imperii amplitudinem, non in tugurio aliquo institui decēbat: neque regnum, uti Cyrus ille quondam, per ludicrum imitari, aut æqualibus suis jus dicere, quod ab eodem factum accepimus: sed cum nationibus, ac populis, & militum legionibus versari; imperare omnino quæ in rem essent; nihil denique non earum rerum attingere, quas, ubi ad virilem ætatem pervenisset, tractare pro voluntate atque arbitrio deberet. Quocirca ubi egregie quæ apud illos essent omnia percepisti, tandem alteram in orbis partem translatus, Parthorum ac Medorum gentibus ad resistendum solus objectus es. Cumque jam bellum inflammari cœpisset, ac propediem exarsurum atque erupturum foret, rationem ejus omnem celerrime pervidisti, atque armorum vim ac robur imitatus es, & ad tolerandos æstatis ardores corpus tuum consuetudine firmasti. Alcibiadem unum e Græcis omnibus audio tam apto ad mutationem omnem ac versatili ingenio fuisse, ut cum se Spartanis dedidisset, Lacedæmoniorum in se frugalitatem exprimeret: inde Thebanos, & Thracas, ac Persarum denique luxum imitaretur. Verum ille mores una cum locis identidem mutans maximis implicabatur molestiis; ac de patriis institutis & ritibus amittendis funditus periclitabatur. Tu vero frugali ac moderato victu utendum tibi perpetuo decreveras, corpusque ipsum cum ad mutationes ferendas labore comparasses, facilius illum ad Parthos a Gallis transitum sustinuisti, quam divites soleant, qui pro temporum varietate sedem ac domicilium mutant, si qua forte tempestatum injuria cogantur. Ac mihi sane Deus facilis tibi ac benignus videtur, cum jam tum initio summum ad imperium ac rerum omnium potestatem virtutem tuam comparare vellet, circumduxisse te, atque imperii totius limites ac terminos monstrasse; nec non locorum situm, regionum amplitudinem, nationum potentiam, civitatum frequentiam, populorum indolem, &

Α τοσαύτην ἡγεμονίαν τρεφόμενον, οὐκ ἐν οἰκίσκῳ πρὸς ἐχρῆν διδάσκεισθαι, εἰδὲ τὴν βασιλείαν, καθάπερ ὁ Κῦρος, παίζοντα μιμῆσθαι· εἰδὲ χρηματίζειν τοῖς ἡλίξι, καθάπερ ἐνεῖνόν λέγασιν. ἀλλ' ἔθνεσιν ὀμιλεῖν, καὶ δήμοις, καὶ στρατιῶν τάγμασιν ἐπιτάττειν ἀπλῶς τὸ πρακτέον· ὅλως δὲ εἰδένος ἀπολείπεσθαι τῶν, ὧν ἐχρῆν ἄνδρα γενόμενον ἐπ' ἀδείας πράττειν. Οὐκοῦν ἐπειδὴ τὰ παρα-

Β τῶν ἐδιδάχθης καλῶς, ἐπὶ τῷ ἐ-
 τέραν ἡπειρον μετιῶν, τοῖς Παρθησίων, καὶ Μήδων ἔθνεσιν ἀντελάχθης μόνος.
 Ὑποτυφόμενος δὲ ἤδη τὸ πολέμῳ, καὶ εἰς μακρὰν μέλλοντι ἀναρρίπτεισθαι, ταχέως καὶ τέττα κατέγνωσ τὸν τρόπον, καὶ τὴν τῶν ὀπλῶν ἰσχυρὴ ἐμμήσω, καὶ πρὸς τὴν ὄραν τῶν θέρους εἰδισσας καρτερεῖν τὸ σῶμα. Πρωτόνομα δὲ Ἀλκιβιάδην μόνον ἐξ ἀπάντων Ἑλλήνων ἔτος εὐφυῶς μεταβολὰς ἐνεγκεῖν, ὡς καὶ μιμήσασθαι μὲν τὴν Λακεδαιμονίων ἐγκράτειαν, ἐπειδὴ Σπαρτιάταις αὐτὸν ἐδεδώκη. εἶτα Θεβαίους, καὶ Θράκας ὑπερον, καὶ ἐπὶ τέλει τὴν τῶν Περσῶν τρυφήν. Ἀλλ' ἐνεῖν μὲν τοῖς χωρίοις συμμεταβάλλων καὶ τὸν τρόπον, ἀνεπίπλαστο πολλῆς δυσχερείας, καὶ τὸ πάτριον ἐκινδυνεύσει παντελῶς ἀποβαλεῖν. Σὺ δὲ τὸ μὲν ἐγκρατῆς διαίτης ὡς δεῖν ἔχεσθαι πανταχῶς ἐβίβων δὲ τὸ σῶμα τοῖς πόνοις πρὸς τὰς μεταβολὰς, ῥᾶον δὴνεγκας τὸ ἐν Γαλατῶν εἰς Πάρθους ἀνοδοῦ τῶν Περσῶν, οἱ ταῖς ὄραις τὴν οἰκίσιν μεταβάλλασιν, εἰ παρὰ τὸ καιρὸν βιασθεῖεν.
 Καί μοι δοκεῖ θεὸς εὐμενὴς πρὸς τὴν ὅλων ἐξ ἀρχῆς ἡγεμονίαν τὴν σὴν ἀρετὴν παρασκευάζειν ἐθέλων, κύνισε περιεργαγεῖν, καὶ ἐπιδείξαι τῆς ἀρχῆς ἀπάσης ὄρεος καὶ πέρας, καὶ φύσιν χωρίων, καὶ μέγεθος χώρας, καὶ δυνάμιν ἔθνων, καὶ πλῆθος πόλεων, καὶ φύσιν δῆμων,

δήμων, καὶ τὸ κράτιστον, αὐτῶν ἐκείνων τὴν Ἀ
 γεργασίαν· ὧν ἕθενος ἀπολελείφθαι
 χερὶ τῆς πρὸς τοσαύτην ἀρχὴν τρεφόμενον.
 Τὸ μέγιστον δὲ μικρῶς με διεφύγε
 νεν εἰπεῖν, ὅτι τῶν ἀπάντων ἀρχεῖν
 ἐν παίδων διδασκόμενοι, ἀρχεσθαι
 κρεῖττον ἔμαθες, ἀρχῆ τῆ πασῶν ἀείση,
 καὶ δικαιοσύνη φύσιν τε καὶ νόμῳ σαυτὸν
 ὑποβίβεις. Πατρὶ γὰρ ὑπήκεις ἅμα καὶ
 βασιλεῖ. ὧν εἰ καὶ θάτερον ὑπῆρχεν
 ἐκείνω μόνον, ἀρχεῖν αὐτῷ πάντως
 προσήκον ἦν. Καίτοι τίνα ποτ' ἂν τις Β
 ἐξέυρθε βασιλικὴν τροφὴν, καὶ παιδείαν
 ἀμείνω ταύτης πάλα γενομένην; Οὔ
 τε γὰρ Λακεδαιμόνιοι τῶν Ἑλλήνων,
 οἵπερ δὴ δοκῶσι ἀρίστης ἀρχῆς τῆς τῶν
 βασιλέων μελαλαδεῖν, ἕτω τῶν Ηρα-
 κλείδας ἐπαίδευον. Οὔτε τῶν βαρβάρων
 οἱ Καρχηδόνιοι βασιλευόμενοι διαφε-
 ρόντως, τῆς ἀρίστης ἐπιμελείας τὸν ἀρ-
 χόντα σφῶν ἠξίου. Ἀλλὰ πᾶσι ἦν
 κοινὰ τὰ παρὰ τῶν νόμων τῆς ἀρετῆς
 γυμνάσια, καὶ τὰ παιδευμάτια, καὶ θά-
 περ ἀδελφοῖς τοῖς πολίταις ἀρξεν τε C
 καὶ ἀρχθῆσθαι μέλλουσι. καὶ ἕθεν
 διάφορον πρῶτον εἰς παιδείας λόγον
 τοῖς ἡγεμόσι τῶν ἄλλων. Καίτοι πῶς ἐν
 εὐήθεσι ἀπαιτεῖν μὲν ἀρετῆς μέγεθος
 ἀνυπέβλητον παρὰ τῶν ἀρχόντων, προ-
 νοεῖν δὲ μηδὲν ὅπως ἔσονταί τῶν πολλῶν
 διαφερόντες καὶ τοῖς μὲν βαρβάρους, ἀ-
 πασι ἐν κοινῷ τῶν ἀρχῆς ταύτης προκει-
 μένης, τὸ τὴν ἐπιμελείαν τῶν ἡθῶν ὁμοίαν
 γίνεσθαι παρὰ τοῖς συγνώμην. τὸν
 δὲ Λυκῆρον τοῖς ἀπὸ Ηρακλέους ἀσυ-
 Φέλκλον τὴν βασιλείαν διαφυλάττον-
 τα, καὶ μηδεμίαν ὑπεροχὴν ἐν ταῖς ἐπι-
 μελείαις τῶν νέων εὐρόντα, σφόδρα ἂν
 τις εἰκότως μέμφαιτο. Οὐδὲ γὰρ εἰ
 πάντας Λακεδαιμονίους ἀθλητὰς ἀ-
 ρετῆς, καὶ τροφίμους ὡς οὐ δεῖν εἶναι, τῆς
 ἴσης ἀξιοῦν ἔχερην τροφῆς καὶ παιδείας

quod caput est, illorum ipsorum opes ac
 praesidia. Quorum rerum ne unam quidem
 ignorare oportet eum, qui ad tantam im-
 perii amplitudinem educatur. Verum pro-
 ptemodum id quod erat maximum dicere
 praeter miseram, quemadmodum praesse
 omnibus his a puero cum esses edoctus,
 subjici tamen melius didiceris, teque praes-
 tantissimo & justissimo omnium imperio,
 naturae ac legi subdideris. Etenim parenti
 una & Imperatori te subiciebas. Quorum
 si vel alterum duntaxat illi conveniret, im-
 perii ad eum jus omnino pertinebat. Ec-
 quam porro regalem educationem, & in-
 stitutionem praestantiorum illa quisquam
 potest in omni vetustatis memoria reperi-
 re? Neque enim inter Gracos Lacedaemo-
 nii, qui optima civitatis administrandae ratio-
 ne, hoc est, regia potestate usi videntur, ita
 suos Heraclidas instituebant. Neque ex bar-
 baris Carthaginienses, qui praecipuam regni
 formam asciverunt, ei, qui ad imperium esset
 evehendus, optimam institutionem ac disci-
 plinam abhibuerunt. Sed communiter pro-
 positae omnibus erant, quae legibus praescri-
 bebantur exercitationes, ac rudimenta virtu-
 tis: sic tanquam fratribus universis inter se
 confusis civibus, tam qui imperare aliis, quam
 qui subjici aliorum imperio deberent: nec
 insigne quicquam ad institutionem ac disci-
 plinam praeterea Principes habebant. Quan-
 quam nonne stultum est ab iis qui imperent
 eam flagitare virtutis magnitudinem, qua
 major esse nulla possit, nec illud interim pro-
 videre, qua ratione vulgo hominum antecel-
 lant? Sed Barbaris quidem ignosci ob hoc
 ipsum potest, quod cum in medio cuique
 propositum esset imperium, parem atque e-
 andem formandis omnium moribus curam
 adhibuerunt: Lycurgum vero, qui Herculis
 posteris stabile regnum atque inconcussum
 servare vellet, merito aliquis propterea repre-
 hensione dignum putet, quod nihil in juven-
 tutis educatione Regibus eximium ac praeci-
 puum tribuerit. Non enim, etsi Lacedaemo-
 nios omnes athletas quodammodo virtutis
 esse oportere, & alumnos crederet, aequalem
 tamen privatis, ac magistratibus educatio-
 nem,

nem & institutionem accommodare debu-
 erat. Siquidem ejusmodi consuetudo pau-
 latim se insinuans affert nescio quem animis
 principum contemptum. Ac ne omnino
 quidem principes habendi illi sunt, qui non
 primum illum inter suos locum sua virtute
 compararunt. Eamque fuisse causam ar-
 bitror, cur Spartani difficiliorese ad obse-
 quendum sæpenumero regibus suis osten-
 derent. Cujus rei manifestum atque evi-
 dens argumentum esse potest Lylandri illa
 adversus Agesilaum æmulationis plena con-
 tentio: atque id genus alia, quæ facile oc-
 currunt, si quis illorum hominum gesta
 considerare velit. Sed his Reipubl. ratio ipsa,
 utpote quæ ad virtutem idonee præpararet,
 etsi nihil vulgaribus hominibus præstantius
 assequi atque usurpare permetteret, hoc
 tamen ipsum, ut præclari atque egregii fo-
 rent, tribuebat. Carthaginensium vero
 ne publica quidem illa instituta probantur.
 Quippe parentes liberos suos ædibus ejici-
 entes, quæ ad vitam necessaria erant pro-
 prio labore sibi quærere jubebant, hoc u-
 num præcipientes, nihil ut eorum, quæ tur-
 pia viderentur, admitterent. Hoc autem
 erat non ex animis juvenum cupiditatem e-
 vellere, sed illud unum monere, ut clam
 scelus suum perpetrare studerent. Non e-
 nim mores hominum deliciæ duntaxat, &
 luxus, verum etiam quæ necessariis rebus
 indiget vita depravat; in quibus ratio ipsa
 nondum sui compos, atque expers judicii,
 impulsæ cupiditate necessitati obtemperet.
 Præsertim cum, nisi eum animi affectum
 coerceat, sed ad rem quærendam, ac mer-
 catorum permutationes, & nundinationes
 a puero consuefactus fuerit; quas partim
 commentus ipse sit, partim a peritis didi-
 cerit; de quibus non modo loqui, sed ne
 audire quidem ingenuum deceat: quam-
 plurimas in animo sordes labesque contra-
 hant; quibus vacare vel honestum civem
 oporteat, multoque regem amplius ac du-
 cem. Mihi vero nihil istos arguere in præ-
 sentia necesse est. De institutionis dunta-

Α τὰς ἰδιώτας τοῖς ἀρχαῖσι. Ἡ γὰρ τοι-
 ἀύτη καὶ μικρὸν ὑποδυομένη σωήθεια
 ταῖς ψυχαῖς ἐντεκεῖν ὑπεροψίαν τῶν
 κρείττωνων. Ὅλων γὰρ ἐδὲ κρείττονας
 νομισέοντες ἐδί' ἀρετὴν πρωτεύειν λα-
 χόντας. Τῆτο δὲ οἶμα καὶ Σπαρτιά-
 τας χαλεπωτέρας ἀρχθῆναι τοῖς βα-
 σιλεῦσι παρεῖχε πολλάκις. Χρησάι-
 το δ' ἂν τις σαφεῖ τεκμηρίω τῶν ῥη-
 θέντων τῇ Λυσάνδρῳ πρὸς Ἀγησί-
 λαον Φιλοτιμία, καὶ ἄλλοις πλείοσιν,
 Β ἐπιῶν τὰ πεπραγμένα τοῖς ἀνδράσι.
 Ἄλλὰ τοῖς μὲν ἡ πολιτεία πρὸς ἀρε-
 τὴν ἀρκουῖτως παρασκευάζουσα, εἰ καὶ
 μηδὲν διαφέρει ἐπιτηδεύειν ἐδίδοι τῶν
 πολλῶν, ἀλλὰ τὸ καλοῖς καὶ γαστοῖς
 ὑπάρχειν παρεῖχεν ἀνδράσι. Καρ-
 χηδονίων δὲ ἐδὲ τὰ κοινὰ τῶν ἐπιτη-
 δευμάτων ἐπαυεῖν ἄξιον. Ἐξελαύ-
 νοντες γὰρ τῶν οἰκίῶν οἱ γονεῖς τοὺς
 παῖδας, ἐπέταττον εὐπορεῖν διὰ τὸ πό-
 νων τῶν πρὸς τὴν χρεῖαν ἀναγκαίων,
 C τὸ δρᾶν τι τῶν δοκουῦτων αἰσχρῶν
 ἀπαγορεύοντες. Τὸ δὲ ἦν, ἐτὴν ἐπι-
 θυμίαν ἐξελεῖν τῶν νέων, ἀλλὰ τὸ
 λαθεῖν πειρᾶσθαι ἰδρωῖτα πρὸς ἀτ-
 τειν. Πέφυκε γὰρ ἐτρυφῆ μόνον ἡ δρωῖτα
 διαφθείρειν. ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν ἀ-
 ναγκαίων ἐνδεὴς διαίτα, ἰεφ' ὧν ἔπω
 τὸ κρῖνειν ὁ λόγος προσλαβάν ἐπε-
 ται ταῖς χρεῖαις ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας
 ἀναπειθόμενος. Ἄλλως τε εἰ καὶ τού-
 τε μὴ κρᾶσι τῶ πᾶθρα, πρὸς χρη-
 D μαλισμὸν ἐκ παίδων συωεθιζόμενος,
 καὶ τινὰς ἀμοιβὰς ἐμπόρων, καὶ κα-
 πηλείας, τὰς μὲν αὐτὸς εὐρῶν, τὰς δὲ
 παρὰ τὸ εἰδότην μαθῶν. ὑπὲρ ὧν οὐ
 λέγειν μόνον, ἀλλ' ἐδὲ ἀκρῶν ἄξιον
 ἐλευθέρῳ παιδί. πλείστας ἂν κηλί-
 δας ἐναπόθοιτο τῇ ψυχῇ. ὧν πασῶν
 καθαρόν εἶναι χρῆ καὶ τὸ ἐπιεικῆ πολί-
 την, ἀλλ' ἐτὸ βασιλέα, καὶ στρατηγὸν
 μόνον. Ἐμοὶ δὲ ἐκ ἐπιτιμῶν ἐπὶ τοῦ
 παρόντος ἐκείνοις προσήκει. Δείξω
 δὲ

28. φ δι-
αίροφης
το Διφ-
φέρον.

28. καλα-
χρησά-
μην
28. αὐθις
28. ἐκ
φύσεως.

28. λυ-
δῶν

δὲ μόνον τ' τροφῆς τὸ διάφορον, ἢ χρη-
 σάμεν, καὶ κάλλος, καὶ ῥώμη, καὶ δικαιοσύνη,
 καὶ σωφροσύνη διήνεγκας· διὰ μὲν τ' πό-
 νων τ' εὐεξίαν περιβαλλόμεν, διὰ δὲ τ'
 νόμων τ' σωφροσύνην κτησάμεν, καὶ
 τῶ μὲν σώματι ῥωμαλεώτερον διὰ τ' ἐγ-
 κράτειαν τ' ψυχῆς, τῆ ψυχῆ δ' αὐτὴ διὰ
 τ' ἔσ σώματι καρτερίαν δικαιότερα
 χρώμενος· τὰ μὲν ἐκ φύσεως ἀγα-
 θὰ σωμαύξων ἐκ παντός· τὰ δὲ ταῖς
 ἐπιμελείαις ἐξώθεν αἰεὶ προσλαμβά-
 νων καὶ δεόμεν, μὲν ἔθενός, ἐπαρκῶν
 δ' ἄλλοις, καὶ χαριζόμεν μεγάλας
 δωρεάς, καὶ ὅσα τὸς λαβόντας ἤρκεν ἀ-
 ποφῆναι τῶ Λυδῶ δωμάση παραπλη-
 σίως· ἐνδεέστερον μὲν ἀπολαύων αὐ-
 τὸς τ' ὑπαρχόντων ἀγαθῶν, ἢ Σπαρτια-
 τῶ σωφρονέσασιν, τ' τρυφῶν δὲ παρέ-
 χων ἄλλοις χορηγίαν· καὶ τοῖς βελομέ-
 νοις σωφρονεῖν παρέχων σαυτὸν μιμῆ-
 σθαι· ἀρχῶν μὲν πρῶτως καὶ Φιλανδρω-
 πως τῶν ἄλλων, ἀρχόμεν δὲ ὑπὸ τῶ
 πατρὸς σωφρονέως, καὶ ὡς εἰς τῶν πολ-
 λῶν τ' ἀπαντα διετέλεις χρόνον. Παιδὶ
 μὲν ὄντι σοὶ καὶ μειρακίῳ ταῦτά τε ὑ-
 πῆρχε, καὶ ἄλλα πλείονα, περὶ ὧν νῦν
 λέγειν μακρότερον ἂν εἴη τῶ καιρῶ.

Γενόμεν δ' ἐφ' ἡλικίας, καὶ τῶ πα-
 τρι τὴν εἰμαρμένην τελευτήν τῶ δαίμο-
 ν, μάλα ὀλβίαν παρὰσχόντ, οὐ
 μόνον τῶ πλήθει καὶ κάλλει τ' ἐπενεχθέν-
 των τ' τάφον ἐκόσμη, γενέσεως καὶ τρο-
 φῆς ἀποτίμων τὰ χαριστήρια· πολὺ δ'
 πλέον τῶ μόνος ἐκ πάντων τ' ἐκείνῃ παι-
 δων, ζῶντ, μὲν ἔτι καὶ πιεζομένῃ τῆ
 νόσῳ, πρὸς αὐτὸν ὀρμησάμ, τελευτή-
 σαντ, δὲ τὰς μεγίστας τιμὰς καλαστή-
 σαι· ὑπὲρ ὧν ἐξ ἀρχῆς καὶ τὸ μνησθῆναι.
 Καλῶσι γ' ἡμᾶς ἐφ' αὐτὰς αἰ πράξεις,
 ὑπομνήσκασαι τ' ῥώμης, τῆς εὐψύ-
 χίας, εὐβελίας τε ἅμα, καὶ δικαιοτή-
 τ, οἷς ἅμαχ, ὠφθη καὶ ἀνυπέρ-
 βλητος· τὰ μὲν πρὸς τῶ ἀδελφῶς,
 καὶ τῶ πολίτας, καὶ τῶ πατρώας· σκ

28. σσι

A xat diversitate dicam, qua tu usus, pulchri-
 tudine, robore, justitia, & temperantia
 praestitisti: cum & laboribus firmitatem
 corporis, & legum beneficio temperan-
 tiam esses adeptus, & non modo corpus
 animi continentia firmitus, ac robustius,
 sed & animum justiore corporis patien-
 tia reddidisses: tum quae a natura insita
 erant bona omni ratione perficeres, alia-
 que studio ac labore in dies adjiceres, &
 nullius indigens ipse aliis abunde suppe-
 ditares, ac donis amplissimis ditares, quae
 eos, qui donati essent, Lydorum princi-
 pi pares efficerent. Cum tu interim iis re-
 bus, quas possideres, parcus uteris ipse,
 quam Spartanorum moderatissimus qui-
 libet: adeo ut luxus ac voluptatum mate-
 riam sufficeres aliis; iis vero, qui tempe-
 rati esse vellent, teipsum imitandum pro-
 poneres. Quippe toto illo tempore una
 & subditis tibi benigne atque huma-
 niter imperabas, & te parentis imperio mo-
 deste, ac tanquam unus e multis subjecie-
 bas. Igitur ea tibi & puero & adolescenti
 contigerunt, aliaque plurima, de quibus
 si in praesentia dicerem, multo essem quam
 pro praescripto mihi ad dicendum tempore
 prolixior.

Sed cum jam maturiorem aetatem atti-
 gisses, ac fatalem exitum vitae Deus paren-
 ti tuo felicem admodum praestitisset; tum
 vero non solum collatarum rerum copia
 & pulchritudine sepulcrum illius ornasti,
 eamque procreationis atque educationis
 tuae gratiam ei rependisti: sed multo ma-
 gis hoc officii genere; quod unus ex illius
 liberis, cum adhuc superstes foret, & mor-
 bo conflictaretur, ad eum accurristi: eidem
 vero mortuo amplissimos honores habuisti.
 De quibus satis est obiter mentionem fecisse.
 Vocant enim me ad sese res a te praclare ge-
 ftae, mihi que egregium illud robur animi,
 magnitudinem, prudentiam ac justitiam in
 memoriam revocant. Quibus omnibus
 inexpugnabilem te esse, atque a nul-
 lo superari posse monstrasti. Nam par-
 tim quae ad fratres tuos, & cives, & amicos
 pater-

paternos, & exercitus pertinent, iuste ac moderate constitui: nisi quod fortasse turbine temporum ac tempestate coactus alios, ne peccarent, minime prohibueris; partim bellicam rem fortiter ac magnifice, atque ut pristinum generis tui decus ac gloriam decebat, ordinasti. Ita cum illis toto tempore concorditer vixisti, pacatum ac tranquillum Reipublicæ statum conservans; & fratres tuos, eosdemque collegas imperii, cultu atque observatione prosequens: ad hæc amicis tuis una cum cæteris bonis mutuam salutandi officium ac libertatem impertiens. Ac cum omnes faceres commodorum tuorum participes: tum quæ cuique opus sunt large atque abunde communicasti. Quorum omnium testes iidem illi, qui experti sunt, esse merito possunt: iisque, qui nullum cum iis usum ac consuetudinem habent, ipsæmet res vitæ totius institutum satis superque demonstrant.

Sed jam de rebus gestis agendum nobis est: de ipsis vero animi habitibus alium in locum rejicienda disputatio. Cum Persæ, redacta in potestatem Asia quondam universa, atque Europæ maxima parte vastata, pene totum orbem circumquaque spe sua comprehendissent, posteaquam sunt Macedonum armis imperio spoliati, & Alexandri ducis opera, vel lusione quadam potius, debellati fuerunt; quod iniquo animo servitutem illam ferrent, simulatque mortuum illum viderunt, contra ejus successores rebellantes, non solum adversus Macedones æquis deinceps viribus insurrexerunt: sed nobis etiam, qui, quod Macedonum imperio deerat, adjecissemus, pares ad bellum gerendum perpetuo sunt hostes habiti. Quid hic ego priscos illos percenseam, Antonium & Crassum, summa ac plena potestate præditos imperatores; ab quibus impositas imperio labes, ac dedecora diuturnis admodum nostris periculis absterfimus; cum plerique boni ac moderati imperatores acceptas ejusmodi calamitates ac damna refarcissent? Quid porro secundo consecutas illas clades, ac quæ sin-

A Φίλεις, καὶ τὰ στρατεύματα δικαίως καὶ σωφρόνως κατασησάμεν. πλὴν εἰπερ βιασθεῖς ὑπὸ τῶν καιρῶν ἄκων ἐτέρους ἐξαμαρτεῖν ἐδιεκώλυσας. τὸ δὲ ^{29.} τὰ πρὸς τὰς πολεμίας ἀνδρείως, καὶ μεγαλοπρεπῶς, καὶ ἐπὶ προὔπαρχέσης ἀξίως τῆς γένεως δόξης κατασησάμεν. τοῖς μὲν δὲ ὁμοιοῖας τὸν ἅπαντα χρόνον συγγέγονας· ἀσασίαςον μὲν τὴν πόλιν διαφυλάττων, καὶ τὰς ἀδελφὰς **B** σωάρχοντας θεραπεύων αἰεὶ. τοῖς Φίλοις δὲ τῆς ἴσης παρηγορίας μελαδιδός, καὶ τῆς παρρησίας μὲν τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἀφρόνως· κοινωνῶν μὲν ἅπασιν τῶν ὑπαρχόντων, μελαδιδός δὲ ὡς ἕκαστος ἐνδεῆς δόξῃ. Καὶ τῶν μάρτυσι μὲν αὐτοῖς ἐκείνοις εἰκότως ἂν τις χρεῖσταιτο, καὶ τὰ πράγματα δὲ τοῖς ἀπολειφθεῖσι τῆς πρὸς ἐκείνης σωσσίας ἱκανὰ δηλώσαι τὴν προαίρεσιν τῆς βίης παντός.

Ῥητέον δὲ ὑπὲρ αὐτῶν ἤδη τὴν πράξεων ἀναβαλλομένους τῶν ὑπὲρ τῆς ἕξεως λόγον. Πέρσαι τῆς Ἀσίας ἀπάσης πάσαι κρατήσαντες, καὶ τῆς Εὐρώπης τὰ πολλὰ κατασφραγίσαντες, μικρὰ δὲ ὡς Φάνα ^{30.} τὴν οἰκισμένην ἅπασαν περιλαβόμενοι ^{31.} καὶ κλυταῖς ἐλπίσιν, ἐπειδὴ τὴν ἀρχὴν ὑπὸ Μακεδόνων ἀφῆρητο, τῶν Ἀλεξάνδρου ^{32.} στρατηγίας ἔργον γενόμενοι, μᾶλλον ὅσον ^{33.} παύσιον χαλεπῶς φέροντες πρὸς τὸ δαλεῦν, ὡς ἐκείνον ἠθροῖο τελελευτηκότα, τῶν διαδόχων ἀποσάντες, Μακεδόσι τε **D** εἰς τὴν ἀντίπαλον δυνάμιν αὐτοῖς κατέσταν, καὶ ἡμῖν τὸ λειπόμενον τῶν Μακεδόνων ἀρχῆς κατακτησάμενοι, ἀξιομαχοὶ διὰ τέλος ἔδοξαν εἶναι πολέμιοι. Καὶ τῶν παλαιῶν τί χρεῖ νῦν ὑπομνήσκειν, Ἀντωνίους, καὶ Κράσους, στρατηγῶν αὐτοκρατόρων, καὶ οἷς ἐκεῖνα διὰ μακρῶν ἀπασάμεθα κινδύνων τὰ αἰσχυρῶν πολλῶν καὶ σωφρόνων αὐτοκρατόρων ἀναμαχεσάμενων τὰ πλοίσματα; Τί ὄχρηται δευτέρων ἀτυχημάτων μεμνη- ^{34.} **C** θαι, καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς ἔκαστων πράξεων, ^{35.} ^{36.} (ὡσπερ

(ὡς περ μὲν) τὰς συμφορὰς ἠρέθη στρα-
 τήγος;) ἀλλ' οἱ τὴν θαυμαστὴν καὶ παρὰ
 πᾶσιν ἀγαπωμένην εἰρήνην ἐπιλάξαν-
 τες ἐκείνοις ἀγενοί, οἱ πρὸς τὸν πατέρα
 τὴν βασιλείαν κατασχόντες, ἔχοντες
 Καῖσαρ καθ' αὐτὸν συμβαλὼν αἰσχ-
 ρῶς ἀπήλλαξεν; ἐπιστραφέντι τὸν
 οἰκισμένης" πάσης ἀρχοῦ, καὶ τὰς δυ-
 νάμεις τῆς ἡγεμονίας ἀπάσης ἐκείσε
 τρέψαντος, καὶ προκαταλαβόντος τὰς εἰς-
 βολὰς στρατεύμασι, καὶ κατὰ λόγους ὁ-
 πλιῶν παλαιῶν καὶ νεολέγων, καὶ παν-
 τοδαπαῖς" παρασκευαῖς· ἃ ἰδόντες
 μόλις τὴν εἰρήνην ἠγάπησαν. Ἦν γὰρ οἱ δ'
 ὅπως περιόριον τὸν πατέρα τὸν σὺν συ-
 χεάντες, καὶ σωλαράξαντες, τὸ μὲν παρ'
 ἐκείνης τιμωρίας δὴ μαρτυροῦν, ἐν ταῖς πρὸς
 τὸν πόλεμον παρασκευαῖς τὸν βίον μετὰ
 λάξαντος σοὶ ἢ ὑπέσχον τὴν δίκην ὑπε-
 ροντὸν τέλολημένων. Μέλλων ἔτι δὴ τὸ
 πρὸς αὐτὰς ἀγώνων γενομένων σοὶ
 πολλάκις ἀπὸ στρατοῦ τὸν ἀξιοσχο-
 πεῖν τὰς ἀκρωμένους, ὅτι τὸν τρίτον μο-
 εἰς τὸν ἀρχῆς" κύριον καθεστῶς, ἔδα-
 μῶς πρὸς τὸν πόλεμον ἐρρώσθαι δοκῶν-
 τος, ἔχοντες ὅπλα, καὶ ἀνδράσι τοῖς στρα-
 τευομένοις, ἔδεν τὸν ἄλλων, ὅσα πρὸς τη-
 λικῶν πόλεμον ἐχρῆν ἐπιρρεῖν ἀφθο-
 να· πρὸς τούτοις δὲ, ἔδεν τὸν ἀδελφῶν σοὶ
 δι' αὐτὸν δὴ ποτε οὐκ αἰτίας τὸν πόλεμον ἐ-
 λαφρωόντων. Καὶ γὰρ ἐς τὸν ἔθνος ἔτι
 ἀναίσχυον ἔδεν βασκανῶν συγκο-
 φάντης, ὅς γὰρ αἰτιώτατον γενέσθαι σε
 τὸν πρὸς ἐκείνης ὁμοιοῦς φησὶ. "Ὀντι
 ἢ οἶμαι τὸν πόλεμον καθ' αὐτὸν δυσχε-
 ρῆς, τὰ τὸν στρατοπέδων πρὸς τὴν μετὰ
 λὴν διαταρῆς, τὸ μὲν παλαιὸν σφῶν
 ἡγεμόνα ποθεῖν ἐκδοῶντες, ὑμῶν ἢ ἀρ-
 χεῖν ἐθέλοντες, καὶ ἄλλα μυρία ἄτοπα
 καὶ δυσχερῆ πανταχόθεν ἀναφυόμενα
 χαλεπωτέρας τὰς ὑπὲρ τὸν πόλεμον
 παρείχεν ἐλπίδας. Ἀρμένιοι παλαιοὶ
 σύμμαχοι σασιάζοντες, καὶ μοῖρα σφῶν

γε. δὲ τὸν
 γε. ἀπά-
 σης

γε. πα-
 ρασκευ-
 αῖς ἀδο-
 τες

γε. καθ-
 σῶς κύ-
 ρι

gulis temporibus adversus eos sunt gesta,
 commemorem? Ex iis vero, qui ad egre-
 giam illam adeoque jucundam omnibus
 pacem illos adduxerunt; quique ante pa-
 trem tuum imperio praefuerunt, nonne Cae-
 sar ille per sese praelium committens turpif-
 sime superatus est? cumque totius orbis
 rector ac princeps eo se contulisset, atque
 illuc vires omnes imperii convertisset, adi-
 tusque omnes copiis suis, ac cum veterum
 tum juniorum militum legionibus, omni-
 que apparatus genere occupasset; haec cum
 hostes omnia viderent, aegre tamen ad pa-
 cis condiciones adducti sunt. Quam cum
 superflite adhuc patre tuo nescio quomo-
 do violassent ac perturbassent, ejus qui-
 dem ultionem effugerunt; propterea quod
 in ipso belli apparatu mortuus est; tibi ve-
 ro postmodum perfidiae suae poenas dede-
 runt. Sed cum mihi sit de susceptis a te
 contra illos praeliis saepenumero dicendum,
 hoc unum animadvertere auditores cupio:
 tibi cum tertia illa imperii pars obtigisset,
 quae minime ad bellum gerendum valida
 satis esset ac munita; non armis instructa;
 non militaribus copiis; nec ulla rerum a-
 liarum, quae ad tantum bellum largissime
 suppetere oportebat: praeterea, cum ne
 fratres quidem tui, quibuscunque tandem
 de causis, ullis te ad hoc bellum praesidiis
 sublevarent. Nec unus inveniri tam im-
 pudens aut invidus calumniator potest,
 qui non pacis cum illis & concordiae cau-
 sam te fuisse praecipue fateatur. Cum ve-
 ro bellum ipsum per se arduum esset ac
 difficile; tum milites in illa rerum muta-
 tione tumultuabantur: qui se veterem du-
 cem desiderare clamabant, vobis porro
 imperare volebant. Sed & innumeræ aliae
 turbæ ac molestiae, quae emergebant un-
 dique, conficiendi belli spem difficiliorem
 reddebant; praesertimque Armenii veteres
 focii; qui & a se invicem dissidebant, &
 non minima sui parte ad Persas defece-
 rant,

B

C

D

rant, ac finitimos imperii nostri limites latrociniis vexabant. Jam quæ præsentī in rerum statu unica salutis ratio esse videbatur, ut earum administrationem capefferes ipse, ac consilio provideres; hoc tibi hætenus non licebat, quod in Pannonia transigendis cum fratribus pactioibus esses impeditus. Quas ita præfens ipse composuisti, nullam ut eis conquerendi occasionem relinqueres. Verum pene ipsum gestarum rerum initium prætermisi; quod vel cæteris omnibus præstantius est, vel cum præstantissimis merito comparandum. Etenim qui de tanti momenti negotiis consultaret, eundem nihilo inferiores tulisse partes videri sibi, ex eo quod plus habere fratribus suis concederet, maximum illud moderati atque excelsi animi indicium esse potest. At nunc si quis centum talentorum patrimonium cum fratribus dividens, aut, si libet, ducentorum, unica mina cæteris minus acceperit, idque patienti animo ferat, & exiguam hanc pecuniam cum pace ac concordia commutatam velit; honore ac commendatione dignus habeatur, perinde ut homo minime cupidus, ac consultus, & ut uno verbo dicam, vir probus atque honestus. Quæ cum ita sint, age qui de orbis terrarum imperio tam generosum ac moderatione plenum consilium ceperit, ut concordia ac communis Romanorum inter se pacis atque otii studio, cum majorem sibi ex cura ac sollicitudine laborem imponeret, tum fructibus imperii ac vectigalibus sponte cederet, quantis eum laudibus dignum esse judicabimus? Neque vero hoc loco dici potest, honestum quidem hoc consilium, sed nequaquam utile fuisse. Primum quia nihil mea quidem sententia utile esse potest, quod non idem honestum quoque sit. Deinde si quis ipsum per sese utile velit expendere, ita de eo iudicet, ut non ad pecunias respiciat, aut prædiorum reditus enumeret; ut avari senes a Comiciis in theatrum producti faciunt: sed imperii potius amplitudinem ac dignitatem animadvertat. Etenim si de limitibus ac ter-

A δ Φαύλη Πέρσαις προσέμενοι, τὴν ὁμορον σφίσι λησαῖς κατατρέχοντες· καὶ ὅπερ ἐν τοῖς παρῶσι φαίνεται μόνον σωτήριον, τό σε τ' ἔργαμάτων ἔχει· ^{γε. προσ- λαγμά- των} θαι, καὶ βελεύεσθαι, τῶς ἔχ' ὑπῆρχε, διὰ τὰς πρὸς τὰς ἀδελφὰς ἐν Παιονίᾳ σωθήκας. ἃς αὐτὸς παρὼν ἔτω διώκησας, ὡς μηδεμίαν ἀφορμὴν ἐκείνοις παρασχῆν μέμφεως. Μικρὸν με ἔλαθε τ' πράξεων ἀρχὴ διαφυγῶσα καλλίων ἀπασῶν, ἢ ταῖς καλλίσαις ἐξίσσης ^{γε. τὸ πλέον συγχωροῖς, σωφροσύνης ἢ με- πλεον ἔχειν ἐκῶν συγχ.} θαιμασίη. Τὸ γὰρ ὑπὲρ τοσούτων πραγμάτων βελευόμενον μηδὲν ἐλαττώσθαι δοκεῖν, εἰ τοῖς ἀδελφοῖς ἔκῶν ἔχειν τὸ ^{γε. τὸ πλέον ἔχειν ἐκῶν συγχ.} πλεον συγχωροῖς, σωφροσύνης ἢ μεγαλοψυχίας μέγιστον ἂν εἴη σημεῖον. Νῦν ἢ εἰ μὲν τις τὴν πατρίαν ἔσταν ^{γε. δὲ} πρὸς τὰς ἀδελφὰς νεμόμενος ἑκατὸν τάλαντων, κείτω ἢ εἰ βέλῃ τοσούτων ἄλλων· εἴτα ἔχων μῆλας ἐλαττω, ἢ γάπησε· δὴ, καὶ μικρὸν παντελῶς ἀργυρεῖς ^{γε. δὲ} τὴν πρὸς ἐκείνους ὁμόνοιαν ἀνταλλάξαι ^{γε. καλὴ} μὲν ἔπαινων ἂν ἐδόκη ἢ τιμῆς ἀξιος, ὡς χρημάτων κρείττων, ὡς εὐβελος Φύσσι· Ξυνελόνη ἢ εἰπεῖν, ὡς καλὸς καὶ γαθός. Ὁ δὲ ὑπὲρ τ' ὅλων ἀρχῆς ἔτω ^{γε. δὲ} μεγαλοψυχῶς καὶ σωφρονῶς δοκῶν βεβουλεύσθαι, ὡς τ' μὲν ἐκ τ' ἐπιμελείας αὐτῶν μέζονα ^{γε. μὴ} προσεῖναι πόνον, τ' ἔκ ^{γε. μὴ} τ' ἀρχῆς προσόδων ἐκῶν ὑφίεσθαι ὑπὲρ ὁμονοίας, καὶ τ' πρὸς ἀλλήλους Ῥωμαίων ἀπάντων εἰρήνης, πόσων ἔπαινων ἀξιον κρείττις; Οὐ μὲν ἔδὲ ἐκείνο λέγειν ἐνεσιν ἐνταῦθα, ὡς ^{γε. καλὴ} καλῶς μὲν ἀλυσίτε- ^{γε. αὐτῶν} λές μὲν γὰρ ἔδεν, ὅτι μὴ τὸ αὐτὸ καλὸν ἔμοιγε φαίνεσθαι. Ὁλοῦς δὲ εἴτιμι κατ' αὐτὸ τὸ συμφέρον ἐξετάζειν ^{γε. αὐτῶν} καὶ κρινέτω, μὴ πρὸς ἀργύριον σκοπῶν· ^{γε. μὴ δὲ} μὴ προσόδος χρεῖων ἀπαιθμήμε- ^{γε. μὴ δὲ} νθαι· κατὰ περ οἱ Φιλάργυροι γέροντες ὑπὸ τῶν κωμῶδων ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἐλκόμενοι· ἀλλὰ πρὸς τὸ μέγεθ' τῆς ἀρχῆς, καὶ τὴν ἀξίωσιν. Φιλονεικῶν μὲν

γε. δύο
 μὲν αἰς
 ἔχ.
 γε. ἀπέειπ.
 γε. δὲ τ μ.
 Ἐπὶ τῶν ὀρίων, καὶ δυσμενῶς ἔχων.
 ἐκείνων ἀνῆρξε μόνων ὧν ἔλαχεν, εἰ καὶ
 πλέον ἔχων ἀπὴν ὑπερορῶν ἴκαυτ
 μικρῶν καταφρονήσας. ἦρχε μὲν ἀ-
 πάσης μὲν τῶν ἀδελφῶν τῆς οἰκισμένης
 ἐπεμελεῖτο δὲ τῶν λαχόντων μέρους
 ἀπολαύων μὲν τελείας τῆς τιμῆς· μετέ-
 χων δὲ ἔλαττον τῶν ἐπ' αὐτῇ πόρων.
 Ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τούτων, καὶ αὐτοῖς ἐξέ-
 σαι διὰ μακροτέρων δηλώσαι. Ὅπως
 δὲ τῶν πραγμάτων ἐπεμελήθη, τοσού-
 των κύκλω περιεάντων μὲν τὴν τῶν πα-
 τρός τελευτὴν κινδύων, καὶ παντοδα-
 πῶν θορυβῶν πραγμάτων, πολέμου
 γενναίης, πολλῆς καὶ ἀδρομῆς, συμμά-
 χων ἀποσάσεως, στρατοπέδων ἀταξί-
 ας, ὅσα ἄλλα τότε δυσχερῆ κατελάμ-
 βανον, ἴσω ἤδη διελθεῖν ἄξιον. Ἐπειδὴ
 γὰρ σοι τὰ τῶν σωθηκῶν μὲν τῶν ἀεί-
 της ὁμοιοῖας διώκητο, παρῆν δὲ ὁ και-
 ρὸς τοῖς πράγμασιν ἐπιτάτλων βοη-
 θεῖν κινδυνεύσει, πορείας μὲν τάχῃ
 γε. ὁ.
 πως μὲν
 χρησάμεν, ἀθρόως ἐκ Παιόνων ἐν
 Σύροις ὠφθῆς, καὶ δὲ τῶν λόγων δεῖξαι ῥά-
 διον. ἀρκεῖ δὲ τοῖς ἐγνωκόσιν ἡ πεῖρα.
 Ὅπως δὲ πρὸς τὴν παρσῖαν τὴν σὴν
 ἀθρόως ἀπαντα μελαβαλόντα, καὶ με-
 τασάντα πρὸς τὸ βέλτιον ἢ μόνον τῶν
 ἐπιπρεμασθέντων ἡμᾶς ἀπὴν ἔλαξε Φό-
 βων, ἀμείνεις δὲ τὰς ὑπὲρ τῶν μελλόν-
 των παρῆσθεν ἐλπίδας, τίς ἀν ἀρκέ-
 σειετῶν ἀπάντων εἰπεῖν; Τὰ μὲν τῶν
 στρατοπέδων πλησίον γενομένων μόνον,
 ἐπέπαυτο τῆς ἀταξίας, καὶ μεθιστήκη
 πρὸς κόσμον. Ἀρμενίων δὲ οἱ προαδέ-
 μενοι τοῖς πολεμίοις εὐθύς μετέστησαν,
 σὺ μὲν τῶν αἰτίων τῆς φυγῆς τῆς
 γε. μα.
 κρῶ τὰς
 χώρας ἐκείνης ἀρχοντι παρ' ἡμᾶς ἐξα-
 γαγόντων τοῖς φυγῶσι δὲ τὴν ἐς τὴν
 οἰκίαν κάθοδον ἀδεᾶ παρασκευάσαν-
 τες. Οὕτω δὲ Φιλανθρώπως τοῖς τε
 παρ' ἡμᾶς ἀφικόμενοις ἄρτι χρησα-
 μένοις, καὶ τοῖς ἐκ τῆς φυγῆς μετὰ τῶν

A minis contentiose pugnasset, & inimicus
 esset, tametsi plus aliquid possideret, nihilo-
 minus in eos solum, quos sortitus esset,
 imperium haberet. Cum autem ea con-
 templisset, ac nihili exigua illa fecisset, ita
 totius orbis terrarum imperium cum fratri-
 bus adeptus est, ut ejus duntaxat partis,
 quam sibi fors attribuerat, curam capesse-
 ret. Quare id consecutus est, ut una & in-
 tegro honore perfrueretur, & de iis labori-
 bus minus caperet, qui cum eo honore
 conjuncti sunt. Verum de his alias iterum
 copiosius disputandi locus erit. Nunc illud
 oratione persequendum est, quomodo te
 in hac rerum administratione gesseris, cum
 post patris tui obitum tanta tamque varia
 undique te pericula circumstarent; negotio-
 rum tumultus ac molestia; bellum grave ac
 difficile; hostium incursiones; sociorum de-
 fectio, seditio castrensis; ceteraque, quæ per il-
 lud tempus molesta ac difficilia contigerunt.
 Igitur rebus a te omnibus cum fratribus tuis
 concordissime transactis, cum jam adesset
 tempus illud, quod periclitanti rerum statui
 præsens a te subsidium flagitaret, tum illam
 vero tuam in itinere conficiendo celerita-
 tem, qua ex Præonia profectus repente in Sy-
 ria conspectus es, verbis explicare difficile
 est; & iis, qui compertum hoc habent, expe-
 rientia ipsa sufficiet. Quemadmodum vero
 statim ad tuam præsentiam conversa ac mu-
 tata in melius omnia, non modo ab immi-
 nenti nos terrore liberarunt; sed commodio-
 rem quoque spem nobis futuri temporis at-
 tulerunt, quisnam ex omnibus dicendo satis
 assequetur? Nam castrenses illi tumultus,
 cum jam in propinquo solum esses, compres-
 si penitus fuerant, & ad ordinem suum uni-
 versa redierant. Ex Armeniis vero qui se ad
 hostes adjunxerant, ad te illico reversi sunt:
 cum & eos, ab quibus is, qui provinciæ impe-
 rabat, fugere erat compulsus, ad nos addu-
 xisses: & iis, qui fugerant, tutum in patriam ac
 sine fraude reditum comparasses. Itaque cum
 adeo humaniter eos tractasses, qui ad nos
 se nuperrime contulerant, & benigne cum
 iis

iis egisses, qui cum duce suo redierant; illi, quod antehac defecerant, magnopere deplorabant; alii præsentem conditionem priori potentia præferebant. Ac qui prius profugerant, ut moderate se gererent, re ipsa factisque edoctos se esse dicebant; alii quod non defecissent, dignis se præmiis affectos profitebantur. Tanta porro in eos, qui reversi erant, beneficia atque honores contulisti, nihil ut inimicissimis sibi, qui & fortunati erant & merito in honore habebantur, inviderent. His eum in modum brevi tempore constitutis, ac latronibus, qui ex Arabia grassabantur, in hostes ipsos per legatos converfis, quæ ad bellum opus erant comparare cœpisti. De quo pauca antea breviter dicenda sunt. Nam cum hæcenus pax militum labores minueret, & eos, qui publica obirent munera, sublevarer; bellum autem pecunias, & annonam, & impensas admodum ingentes exigeret; præque iis omnibus robur ac fortitudinem militum, & armorum usum atque experientiam; nec eorum tamen fere quicquam suppeteret, hæc tu excogitasti per te ac constituisti. Imprimis ætatem illam, quæ ad militiam forte conscripta fuerat, laborum exercitatione confirmasti: tum equestres copias hostilium similes conflasti: pediti laboris assiduitatem imposuisti. Atque hæc non verbis tantum atque imperio præstans, sed meditans atque exercens ipse; & quod agendum foret, factis ipsis & exemplo demonstrans, bellorum illos subinde artifices reddidisti. Pecuniarum vero comparandarum eam rationem iniisti, non ut augeres tributa, vel descriptas pensitationes (quod olim ab Atheniensibus factum est) duplo, vel eo etiam amplius, majores indiceres; sed antiquis contentus, ac jam receptis (nisi forte ad breve aliquod tempus gravioris aliquanto sumptus obeundæ functiones erant) in ea rerum omnium copia milites habuisti,

Α σφῶν ἀρχόντων κατεληλυθόσι πρῶτως ὁμιλουῦντες. Οἱ μὲν ὅτι καὶ πρότερον ἀπέστησαν, αὐτὰς ἀπώλοφύρανοι· οἱ δὲ τὴν παρῶσαν τύχην τὴν πρόθεον ἠγάπων μᾶλλον δυνατείας. καὶ οἱ μὲν φεύγοντες ἔμπροσθεν ἔργῳ σωφρονεῖν ἔφασαν ἐκμαθεῖν· οἱ δὲ τὴν μὴ μεταστῆναι τὴν ἀμοιβῆς ἀξίας τυγχάνειν. Τοσαύτη δὲ ἐχρήσω περὶ τῶν κατελθόντων ὑπερβολῆ δωρεῶν καὶ τιμῆ, ὥστε μηδὲ τοῖς ἐχθροῖς σφῶν εὐπράττεσι, καὶ τὰ εἰκότα τιμωμένοις ἀχθεσθαι, μηδὲ βασκαίνειν. Ταῦτα δὲ ἐν βραχέϊ κατασησάμεν, καὶ τὰς ἐξ Ἑλλάδος καὶ Ἀραβίας καὶ Ἰβηρίας ἐπιτὰς πολεμίας ταῖς πρεσβείαις τρέψας ἐπὶ τὰς τῶν πολέμων παρασκευὰς ἤλθε. Ὑπὲρ ὧν ἔχειρον ἐν βραχέϊ προειπεῖν. Τῆς γὰρ εἰρήνης τῆς πρόθεον τοῖς μὲν στρατευομένοις ἀνείσης τὰς πόνας, τοῖς λειτουργῶσι δὲ καφότερας παρασχέσης, τῶν πολέμου δὲ χρημάτων, καὶ σιτηροσίου, καὶ χορηγίας λαμπρῶς δεομένων· πολὺ δὲ πλεονίσχυτον, καὶ ῥώμης, καὶ τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις ἐμπειρίας τῶν στρατευομένων, ὑπάρχοντων δὲ ἕθενός σχεδὸν τῶν τοιούτων, αὐτὸς ἐξεῦρες καὶ κατέστησας· τοῖς μὲν ἡλικία στρατεύεσθαι λαχέσιν ἀποδείξας τῶν πόνων μελέτην· παραπλησίαν δὲ τοῖς πολεμίοις ἵππικὴν κατασησάμεν δυνάμιν, τῶν περὶ τὴν ἐπιτάξας τῶν πόνων ἔχεσθαι καὶ ταῦτα ἑρήμασι μόνον, ἕδὲ ἐξ ἐπιτάγματων, μελετῶν δὲ αὐτὸς, καὶ σπασισμένον, καὶ δεικνύων ἔργῳ τὸ πρακτικόν, πολέμων ἐργάτας ἀφνω κατέστησας. Χρημάτων δὲ ἐπενόεις πόνας, καὶ αὐξῶν τὰς πόνας, ἕδὲ τὰς σωτάξεις· καθάπερ Ἀθηναῖοι πρόθεον, εἰς τὸ διπλάσιον, ἢ καὶ ἐπὶ πλεον κατέστησας· ἐμμένων δὲ οἶμαι τοῖς ἀρχαίοις. πλὴν εἶπα πρὸς βραχὺ, καὶ πρὸς εὐκαιρον ἐχρῆν αἰσθέσθαι δαπανηροτέρων τῶν λειτουργημάτων ἐν τοσαύτῃ τῶν στρατευομένων ἡγεσίαις

ἀφθονία, ὡς μήτε ὑβρίζειν τὸ κόρω, μήτε ὑπὸ τῆ ἐνδεΐας πλημμελεῖν ἀναγκα-
 στήναι. Ὅπλων δὲ καὶ ἵππων παρα-
 σκευῆν, καὶ νεῶν τῶν ποταμίων, καὶ μηχανη-
 μάτων, καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων τὸ πλῆθος
 σιωπῇ κατέχω. Ἐπεὶ δὲ τὰ τῶν παρα-
 σκευῆς τέλος εἶχε, καὶ ἔδωκε χρῆσθαι τοῖς
 προβήθεισιν εἰς δέον, ἐξεύγνυτο μὲν ὁ
 "Τίγρης σχεδία πολλάνικς" ἤρθη δὲ ἐπὶ
 αὐτῶν Φρέσια· καὶ τῶν πολεμίων ἔδειξεν ἐ-
 τόλμησεν ἀμυνῆσαι τῇ χώρᾳ πορθημέ-
 νῃ· πάντα δὲ παρ' ἡμᾶς ἠγέλοτα κείνων
 ἀγαθὰ· τῶν μὲν ἔδειξεν χεῖρας ἰέναι τολ-
 μῶντων· τῶν θρασυνομένων δὲ παρ' αὐ-
 τὰ τῆ τιμωρίαν ὑποσχόντων. τὸ μὲν δὲ
 κεφάλαιον τῆ εἰς τῆ πολεμίαν εἰσβο-
 λῶν τοῦτον. Καθέκασον ἦν ἐπεξίεναι
 τίς ἂν ἀξίως ἐν βραχέϊ λόγῳ δυνηθείη,
 τῶν μὲν τὰς συμφορὰς, τῶν δὲ τὰς ἀει-
 σεΐας ἀπαριθμῆμεν. Τοῦτον δὲ
 ἴσως εἰπεῖν ἔχεται, ὅτι πολλάνικς τῆ
 ποταμὸν ἐκεῖνον περὶ αὐτοῦ ξυῖ τῶν
 στρατεύματι, καὶ πολλῶν ἐν τῇ πολεμίᾳ
 τεύφας χρόνον, λαμπρὸς ἐπανήεις τοῖς
 τροπαίοις· τὰς δὲ διὰ σε πόλεις ἐλευθέ-
 ρως ἐπιῶν, καὶ χαλεπὸν εἰρήνην, καὶ
 πλῆστον, πάντα ἀθρόως τὰ ἀγαθὰ·
 καὶ τῶν ἀλαπορθημένων διδῶς ἀπολαύ-
 ειν, νίκης καὶ τῶν βαρβάρων, τροπαίων ἐγει-
 ρομένων καὶ τῶν Παρθυαίων ἀπιστίας, καὶ
 ἀνανδεΐας, καὶ δειλίας· ὧν τὸ μὲν ἐπεδεί-
 ξαντο τὰς σπονδὰς λύσαντες, καὶ τῆ εἰρή-
 νην συλχεάντες τὸ δὲ, μὴ τολμῶντες ὑπὲρ
 τῆς χώρας καὶ τῶν Φιλτάτων ἀμυνέσθαι.

Ἄλλ' ὅπως μή τις ὑπολάβῃ με τῶν
 μὲν ἠδέως μεμνήσθαι τῶν ἔργων,
 ὁκνεῖν δὲ ἐκεῖνα, περὶ ἃ καὶ τοῖς πολεμί-
 οῖς πλεονεκτεῖσθαι παρέσχεν ἡ τύχη,
 μᾶλλον δὲ τῆς χώρας τὴν ἐν ἔμοις προσ-
 λαβῆσα ῥοπὴν, ὡς αἰσχυρὴν ἡμῖν, ἔχει
 δὲ ἔπαινον καὶ τιμὴν φέρουσα, καὶ ὑπὲρ
 τῶν περὶ ἡμᾶς δηλώσασα διὰ βρα-
 χέων, ἔπρος τὸ λυσιτελέσασθαι ἑμαυτῶν

A ut neque satietate insolentes essent, neque
 inopia quidpiam peccare cogerentur. Nam
 illum armorum atque equorum appara-
 tum, illam fluviatilium scapharum atque
 machinarum, aliorumque hujus generis co-
 piam silentio prætermitto. Omnibus ita-
 que comparatis, cum ea, quæ ante dixi, ad
 opus jam adhibenda essent, tum quidem
 Tigris ponte ex ratibus facto consterni sæ-
 pius, excitari ad eum castella, hostium ne-
 mo vastatis agris, ac populatis succurrere,
 omnia illorum ad nos agi ferrique com-
 moda; aliis ne congressum quidem susti-
 nentibus; qui vero audaciores essent care-
 ris suæ temeritatis pœnas illico reportanti-
 bus. Hæc tua summatim fuit in hostilem
 agrum irruptio. Quis enim singula brevi
 oratione comprehendat, ut illorum cala-
 mitates, horum decora ac præclare gesta
 percenseat? Verum illud dicere fortassis
 non difficile possumus, cum tu flumen il-
 lud sæpe cum exercitu trajecisses, ac diu
 in hostili regione permansisses, illinc per-
 petuo tropæis insignitum decoratumque
 C rediisse, civitates tuo beneficio liberas ob-
 euntem, atque illis pacem & opes ac bo-
 norum genera omnia conciliantem, nec
 non earum rerum, quæ jamdudum optatæ
 erant, fructum largientem, victoriæ nimi-
 rum adversus barbaros, & tropæorum,
 quæ de Parthorum perfidia simul ac timi-
 ditate sunt erecta. Quarum alteram in
 dissolvendo fœdere, ac violanda pace præ-
 se tulerunt; alteram in eo, quod agrum
 suum, quæque sibi charissima erant, pro-
 D pugnare non sunt ausi.

Verum ne quis istiusmodi me facinorum
 recordari libenter existimet, reformidare
 autem illa, ac prætermittere, in quibus su-
 periores partes hostibus fortuna concessit,
 vel locus ipse potius cum opportunitate
 temporis conjunctus; quasi hæc ad igno-
 miniam nostram, non prædicationem ac
 gloriam pertineant; age paucis ea quo-
 que cujusmodi fuerint, declarare con-
 ten-

rendam: non ut ad id, quod commodis-
 simum sit, orationem meam accommo-
 dem; sed ut veritatem in omnibus ample-
 ctar. A qua si quis aberret sponte, turpissi-
 mæ adulationis notam effugere non pot-
 est; & hoc insuper iis, quos collaudat, tri-
 buit, ut ne in cæteris quidem pro merito
 commendari videantur. Id quod ne no-
 bis eveniat, operam adhibebimus: atque
 ipsa per se declarabit oratio, num veritati
 nusquam mendacium anteponat. Igitur
 Barbarorum successum maximum scio ha-
 bituros omnes illud prælium, quod ad Sin-
 gara gessimus. Ego vero pugnam istam
 communes utrisque castris attulisse calami-
 tates; virtutem porro tuam illorum fortu-
 na præstantiorem ostendisse, non immerito
 sane dixerim; præsertim cum exercitu ute-
 retur illa insolenti ac temerario, nec tem-
 pestatis incommodis, ac vehementiæ calo-
 ris, æque ut illi, confefacto. Sed quem-
 admodum singula se habuerint, exponam.
 Fervebat tum adhuc summa vis æstatis, & le-
 giones in unum multo ante meridiem coge-
 bantur. Stupebat hostis dispositionem no-
 strorum, ac tranquillitatem, & ordinem,
 cum ipse miranda esse multitudine videret-
 tur. Nemo interim pugnam ac certamen
 inchoabat: quod hi cum tam paratis at-
 que instructis copiis manum conferere for-
 midarent; illi, donec ab aliis initium pu-
 gnandi fieret, expectarent: ut in omnibus
 propugnare ac tueri se potius, quam post
 initam pacem priores bellum aggredi mon-
 strarent. Postremo qui Barbarorum illis
 copiis præerat imperator, suorum militum
 clypeis sublatus, ac nostrorum instructam
 aciem conspicatus, quam subito commu-
 tatus fuit! aut cuiusmodi in voces erupit!
 Proditum enim se esse vociferans, ac belli
 suafores atque autores accusans, fugiendum
 quam celerrime iudicabat: idque unum sa-
 luti sibi ac præsidio futurum, si mature
 transire fluvium posset; qui terminus jam
 olim regionem nostram ab illorum finibus
 separabat. Hæc ille secum cogitans, pri-
 mus receptui signum dedit, paulatimque

Α τῆς λόγου πλάτων· τὴν ἀλήθειαν δὲ
 ἀγαπῶν ἐν πᾶσι· ἢς εἶτις ἐκὼν ἀμαρ-
 τάνοι, τὴν ἐκ Σκολακεύειν αἰσχύνην ἐ-
 δαμῶς ἐκφεύγει· προσέθησι δὲ τοῖς ἐ-
 παινεμένοις τὸ δοκεῖν μήθ' ὑπὲρ τ' ἄλ-
 λων εὐἀκέραιον ἢ τὴν ἀξίαν. ὁ παθεῖν
 εὐλαβησόμεθα. δείξει δὲ ὁ λόγος αὐ-
 τὸς, εἰ μηδαμῶς τὸ ψεῦδος πρό τ' ἀλη-
 θείας τελέμηκεν. Οὐκοῦν εὐ οἶδα, ὅτι
 πάντες ἂν μέγιστον φήσαιεν ὡλεο-
 νέκημα τ' βαρβάρων τ' πρὸ τ' Σιγγά-
 ρων πόλεμον. Ἐγὼ δὲ ἐκείνην τὴν μά-
 χην ἴσα μὲν ἐνεγκεῖν τοῖς στρατοπέδοις
 τὰ δυσυχήματα· δείξαι δὲ τὴν σὴν ἀ-
 ρετὴν περιγενομένην τ' ἐκείνων τύχης
 φαῖν ἂν εἰκότως καὶ ταῦτα στρατοπέ-
 δω χρησαμένην θρασεῖ, καὶ τόλμῃ, καὶ
 πρὸς τὴν ὄραν, καὶ τὴν τῆς πνίγης ῥάμην
 ἔχ' ὁμοίως ἐκείνοις σωήθη. ὅπως δὲ ἔ-
 κασον ἐπράχθη διηγήσομαι. Θέρσθ' ἔ-
 μὲν ἦν ἀκμάζον ἔτι· σωήθη δὲ ἐς
 ταυτὸν τὰ στρατόπεδα πολὺ πρὸ τ' με-
 C σσημβείας· ἐκπληττόμενοι δὲ οἱ πολέ-
 μοι τὴν εὐλαξίαν, τὴν ἠσυχίαν, καὶ τὸ κό-
 σμον, αὐτοὶ δὲ πλήθ' θαυμαστοὶ φανέν-
 τες· ἦρχετο μὲν ἔδεις τ' μάχης, τ' μὲν
 εἰς χεῖρας ἰέναι πρὸς ἔτω παρεσκευα-
 σμένην δυνάμιν ὀκνούντων· τ' δὲ περι-
 μενόλων ἐκείνης ἀρχεῖν, ὅπως ἀμυνά-
 μενοι μᾶλλον ἐν πᾶσι, ἔχι δὲ αὐτοὶ
 πολέμου μετὰ τὴν εἰρήνην ἀρχούτες φα-
 νεῖεν. Τέλθ' ὃ τ' βαρβαρικῆς ἐκείνης
 δυνάμεως ἠγεμονίαν, μελέωρθ' ἀρθεῖς ὑ-
 D πὲρ τ' ἀσπίδων, καὶ καλαμαθῶν τὸ πλῆ-
 θθ' ἐν τάξει, οἷος ἐξ οἷς γέγονε, καὶ ποίας
 ἀφίεις φωνάς, προδεδοῦσθαι βοῶν, καὶ τῆς
 ὑπὲρ τ' πολέμου πείσαντας αἰτιώμε-
 νθ', φεύγειν ἄελο χεῖναι διὰ τάχους, καὶ
 τῆτο μόνον οἱ πρὸς σωτηρίαν ἀρκέσειν,
 εἰ φθῆσελαι τ' πόδα μὸν διαβῆναι, ὅσπερ
 ἐστὶ τ' χώρας ἐκείνης πρὸς τὴν ἡμετέραν
 ὄρθ' ἀρχαῖθ'. Ταῦτα διανοηθεῖς ἐκεί-
 νθ', πρῶτθ' ἐπὶ πόδα σημαίνθ' τὴν
 ἀναχώρησιν· καὶ κατ' ὀλίγον πρὸς τ' ἔ-
 ρεις

καὶ τὸν κόσμον καὶ τὴν ἠσυχίαν καὶ εἰς τὴν πρὸς τὴν ἡμετέραν χώραν

θείσ τῷ τάχει, τέλει ἤδη καρτερώς
 ἔφευγεν, ἔχων ὀλίγας ἰππέας ἀμφὶ
 αὐτὸν, τὴν δύναμιν ἅπασαν τῷ παιδί,
 καὶ τῷ πισοτάτῳ τῷ Φίλων ἐπιτρέψας
 ἄγειν. Ταῦτα ὀρῶντες τὸ στρατεύμα, καὶ
 χαλεπαίνοντες, ὅτι μηδεμίαν ὑπέσχον
 τῷ τετολμημένων τὴν δίκην, ἐξέσωσαν ἄγειν
 ἐπ' αὐτῶν, καὶ κελεύουσι μένειν, ἀχθόμε-
 νοι μετὰ τῶν ὀπλων ἔθεον ὡς ἕνας
 εἶχε ῥώμης τε καὶ τάχους. ἄπειροι μὲν
 ὄντες αὐτοὶ τέως τῆς στρατηγίας, εἰς
 τὴν ἡλικίαν ὀρῶντες, ἀμεινον αὐτῶν τὸ
 συμφέρον κρίνειν ἤτιον ἐπίστευον. καὶ τὸ
 πολλὰς συγκαλεργάσθαι τῷ πατρὶ τῷ
 σῶμα μάχας, καὶ κρατῆσαι πανταχῶς τῷ
 δοκεῖν ἄήτητοι εἶναι συμηγωνίζετο.
 Τῶν δ' ἔθενός ἔλαττον τὸ Παρθυαί-
 ων δέσποτα παρεσῶς ἐπῆρεν ἔχων ἄγω-
 νισκόμενος πρὸς τοὺς ἀνδρας μόνον, ἀλλὰ
 καὶ πρὸς τὴν χώραν αὐτήν. καὶ ἔτι
 μείζον ἐξώθεν προσπίπτοι, καὶ τῶν
 πάντως κρατήσουσι. Ταχέως οὖν ἐ-
 καλὸν μελαξὺ σάδια δραμόνες ἐφεισή-
 κεσαν ἤδη Παρθυαίοις εἰς τὸ τεῖχος
 καλαπεφευγόσιν, ὁ πρότερον ἤδη πε-
 ποίητο σφίσιν ὡσπερ στρατόπεδον. ἐ-
 σπέρα δὲ ἦν λοιπὸν, καὶ ὁ πόλεμος
 αὐλοῦθεν ξυωεῖρήγνυτο. καὶ τὸ μὲν τεῖχος
 αἰρῶσιν εὐθέως τὰς ὑπὲρ αὐτῶν κλειναν-
 τες. γενόμενοι δ' εἰσὼν ἐρυμάτων πο-
 λῶν μὲν ἠρίσειον χρόνον, ὑπὸ δὲ τῶν δι-
 ψας ἀπειρηκότες ἤδη, καὶ λάκκοις ὑδα-
 τος ἐνδον ἐντυχόντες, τὴν καλλίστην
 νίκην διέφθειραν, καὶ τοῖς πολεμί-
 οῖς παρέσχον ἀναμαχέσασθαι τὸ
 πλᾶισμα. Τῶτο τέλος ἐκείνης τῆς μά-
 χης γέγονε, τρεῖς μὲν ἢ τέτταρας ἀ-
 φελομένης τῆς παρ' ἡμῖν. Παρθυαίων δὲ
 τῆς ἐπιτῆ βασιλείᾳ τρεφόμενον ἀλόλια
 πρότερον, καὶ τῷ ἀμφὶ αὐτὸν παμπλη-
 θεῖς σιωδιαφθειράσης. Τῶτοις δὲ ἅ-
 πασι δρωμένοις ὁ μὲν τῶν βαρβάρων ἡγε-
 μῶν εἰδὲ ὄναρ παρῆν. εἰδὲ ἄρ' ἐπέσχε
 τὴν Φυγὴν, παρῆν καὶ νῶτα τῶν ποταμῶν

γε. τὸ
 γε. ἀήτ-
 τητ
 γε. παρ-
 σως
 Παρθ.
 δε ἐπῆρ.
 γε. ἔτι
 γε. αὐτό-
 τ
 γε. καὶ
 ἀμάναν-
 τες.
 γε. ἐν-
 τυχ. ἐν-
 δον.
 f. σὺν
 ἐντυχ.
 γε. μα-
 χήσασθαι.
 τὸ πλᾶ-
 σμα τῶ-
 το, τέλος
 τῆς μά-
 χης ἐκεί-
 νης γεγ.

A celeritate contenta, demum effuse fugam
 arripuit, paucorum equitum stipatus pra-
 fidio, cum universas copias filio, & cuidam
 ex amicis fidelissimo, tradidisset. Quae cum
 exercitus noster videret, & indigne ferret
 nullas ab iis facinorum poenas persolutas,
 duci se adversus illos cum clamore postu-
 labat. Sed cum imperator manere loco
 praeciperet, quantum quisque viribus ac
 celeritate valebat, cum armis currere. Ete-
 nim quo tu id consilio faceres, nondum
 intelligebant; sed aetate tua duntaxat per-
 specta, quid utile esset, melius a te dijudi-
 cari, quam a seipsis, persuadere sibi non
 poterat. Tum quod multa cum parente
 tuo praelia feliciter confecerant, magnum
 ad hoc illis momentum afferebat, ut invi-
 deti esse crederentur. Ad haec non minori
 quam illa omnia incitamento erat Partho-
 rum praesens ille metus; neque id animo
 reputabant, non modo sibi cum viris ipsis,
 verum etiam cum regione ac situ locorum,
 depugnandum fore; ac si quid extrinsecus
 gravius immineret, ab eo se sine dubio su-
 perandos. Itaque cum ad sextum circiter
 milliare celerrime persecuti essent, jam Par-
 thos ipsos assecuti erant, qui intra castel-
 lum se receperant, quod illi ante castrorum
 instar exstruxerant: jamque advesperascen-
 te die, ingens extemplo praedium coortum
 est. Quo cum nostri castello subito po-
 titi essent, caesis qui in eo erant omnibus,
 ubi intra munitiones fuerunt, diu quidem
 fortissime sese gesserunt: verum cum siti
 deficerent, & cisternarum intus copiam
 non haberent, pulcherrimam victoriam
 pessumdederunt, ac refarciendae cladis fa-
 cultatem hostibus praebuerunt. Hic pugnae
 illius exitus fuit, quae tres e nostris quatu-
 orve abstulit, e Parthis vero eum, qui ad
 capeffendi regni spem alebatur, & captus
 antea fuerat, atque ex ejus comitatu quam-
 plurimos profligavit. Dum haec omnia
 hunc in modum geruntur, interim Barbaro-
 rum imperator praedio ne per somnium qui-
 dem aderat. (neque enim fugam inhibuit
 ante, quam fluvium a tergo relinqueret)

tu

tu vero in armis diem noctemque perstitisti; cum vel una cum victoribus victoriae autor esses, vel laborantibus praesens subsidium adferres. Itaque virtute tua ac fortitudine fretus tantum praelium gessisti, ut illi sequenti luce in patriam laxi ac praeter spem incolumes redirent; atque etiam faucii ipsi sequente te e praelio recederent: adeo tutam omnibus pugnam praestitisti. Quodnam igitur captum est castellum? quanam civitas obsessa? quibusnam vero impedimentis potiti sunt hostes, ut post bellum efferre se ac gloriari possent? At enim, dicat aliquis, nunquam hostibus inferiorem discedere felix esse, ac fortunatum videri; verum obsistere fortunae multo est fortius: id quod majoris virtutis indicium est. Ecquis enim gubernator bonus est, qui pacato ac quieto mari navem dirigit, cum summa in alto tranquillitas est? aut quis currus moderator idoneus, qui in plano atque aequali spatio faciles equos ac tractabiles & celerrimos jungit, & interim suam in his artem atque industriam ostentat? Quanto vero ille praestantior est sive navis gubernator, qui ingruentem tempestatem praefugiat ac praesentiat, atque ut eam devitet, operam adhibeat; quod si ullis fortasse de causis in illam inciderit, integram navem atque incolumem cum onere ipso conservet? sive currus moderator, qui & contra locorum asperitatem pugnet, & equos una transferat, ac si qua in re peccent, violenter adigat? Atque, ut uno verbo dicam, ex eventu fortunaque nullam artem examinare convenit, sed unamquamque in seipsa spectare. Neque Cleon imperator Nici praestantior est, tamen si ad Pylum feliciter rem gesserit: neque alius quisquam eorum, qui fortuito potius quam certo animi consilio victoriam reportarint. Ego vero, nisi etiam fortunam tuam hostium fortuna meliorem ac iustiore, imo omnium mortalium praestantissimam dicerem, facere huic

A ἐποίησατο· αὐτὸς δὲ διέμενες ἐν τοῖς ὀπλοῖς δι' ὅλης ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἀπάσης, συμμετέχων μὲν τοῖς κρατῆσι τῶν ἀγωνιστῶν, τοῖς πονησῶσι δὲ ἐπαρκῶν δια-^{for. ἀγωνισμάτων} ταχέων. ὑπὸ δὲ τῆς ἀνδρείας καὶ τῆς εὐψυχίας εἰς τοσούτον ἀγῶνα κατέστησας, ὥστε τὸς μὲν ἐπὶ τὴν αὐτῶν τῆς ἡμέρας καὶ ἀντὶς ἐπιλαβέσσης ἀσμένως ὑποσώζεσθαι, καὶ ἀναχωρεῖν δὲ ἐκ τῆς μάχης ἐπομένους, καὶ τὸς τραυματίας ἔσω τὸ δέσπονα πασι ἀνήκας τῆς φυγῆς. Ποῖον οὖν ἦλω φρέγιον; τίς δὲ ἐπολιορκήθη πόλις; τί-^{γε. ἀποσώζεσθαι} νδὲ ἀποσκευῆς οἱ πολέμιοι κρατήσαντες ἔσχον ἐφ' ὅτῳ σεμνύνουσαι μὲν πόλεμον; Ἀλλ' ἴσως φήσῃ τις τὸ μηδέποτε τῶν πολεμίων ἦτιον ἔχοντα ἀπελθεῖν εὐτυχῆς καὶ εὐδαιμονῆς ἡγήσεται, τὸ δὲ ἀντι-^{γε. ἡγήσεται ἀντισημα} σῆσαι τῆς τύχης ἰσομαλεώτερον. ὁ καὶ μείζονα ἀρετῆς ὑπάρχει σημεῖον. Τίς μὲν γὰρ ἀγαθὸς κυβερνήτης ἐν εὐδία τὴν ναῦν καλεσθύνων γαλήνης ἀκριβῆς καλεχέσης τὸ πᾶν; τίς δὲ ἠνίοχος ἄρμα-^{γε. ἀποδεικν. for. ἀμείνων} δεξιὸς, ἐν ὁμαλῶ καὶ λείῳ χωρίῳ εὐπειθεῖς, καὶ πράγας, καὶ ταχεῖς ἵππους ζευξάμενος, εἶτα ἐν τέτοις ἐπιδει-^{γε. ἀποδεικν. for. ἀμείνων} κνύμενος τὴν τέχνην; Πόσω δὲ ἀμείνονεως μὲν ἰβυλιήρ, ὅς καὶ τῶν μέλλοντα χειμῶνα προμαθεῖν, καὶ προαισθόμενος, καὶ πειραθεῖς γε τῶτον ἐκκλιναί, εἶτα δι' αἷς δὴ πολεῖ οὖν αἰτίας ἐμπεισῶν, καὶ διασώσας ἀπαθῆ τὴν ναυῦ αὐτῶ φώρτω; ἄρμα δ' ἐπιστάτης, ὁ καὶ πρὸς χωρίων ἀγωνιζόμενος τραχύτηλα, καὶ τὸς ἵππους μεταλιθεῖς ἅμα, καὶ βιαζόμενος ἦν τι πλημμελώσιν; ὅλας δὲ ἐδεμίαν ἀξιὸν τέχνην μὲν τῆς τύχης ἐξετάζειν, ἀλλ' αὐτὴν ἐφ' αὐτῆ σιοπεῖν. ἔδὲ στρατηγὸς ἀμείνων ὁ Κλέων Νικίης, ἐπειδὴ τὸ περὶ τὴν Πύλον ἠτύχησεν, καὶ ἔδ' ἄλλοις τῆς τύχης μάλλον κρα-^{γε. ἀδὲ εἰς γε. ἀδ' ἀλλ' ὅσον ἡ γνώμη καστάντων.} τουύτων, ἢ γνώμη. Ἐγὼ δὲ εἰ μὴ καὶ τὴν τύχην τὴν σὴν ἀμείνω, καὶ δικαιότεραν τῶν ἀντιλαξαμένων, μάλλον δὲ τῆς ἀπάντων ἀνθρώπων κρατίστην φήσαιμι, ἀδικεῖν

γε. ἀδι-
κε. ν. ἄν
εἰκότως.
γε. ἢ μη
πλεονέκτημα.

"ἀδικεῖν εἰκότως δοκοῖν," τὴν δ' παρα-
σχῆσαν τοῖς πολεμίοις αἰσθέσθαι τὸ
ὑπὲρ τῆς ῥηθέντων κρινούσα, τὸ μὲν ἐλάτ-
τωμα τῆς πνίγης ἀναπλαγώνισω ῥώμῃ
λογίζεσθαι τὸ ἴσισον καλασῆσαι τὰς
πολεμίας ταῖς συμφοραῖς, τῆς ἀρε-
τῆς ἔργον ὑπολαβεῖν· τὸ ἴτ' μὲν οἰκείων
αἰσθέσθαι συμφορῶν, ἀγνοῆσαι δὲ τὰ
κατορθώματα, τῆς ἀγαθῆς τύχης ἔρ-
γον λογίζεσθαι.

Ἄλλ' ὅπως μὴ μακρότερον περὶ τῶ-
ν λέγων, ἢ ὑπὲρ τῆς μεζόνων καιρῶν
ἀναλώσω, πειρώσομαι λοιπὸν τὸ μὲν
τῆτο περιεῖν ἡμᾶς τῶν πραγμάτων
πλήθ' ἢ, ἢ τῶν κινδύων τὸ μέγεθ' ἢ, ἢ
ὅπως ἅπασιν ἀντισχῶν τυράννων μὲν
πλήθ' ἢ, Βαρβάρων δ' ἐτρέψω δυνά-
μεις. Ἦν μὲν γὰρ ὁ χειμὼν ἐπ' ἐξόδοις ἤ-
δη, ἐκλον πρὸς μάλιστ' ἀπὸ τῆς πόλεμον ἔ-
τ' ἢ, ἢ μικρῶν πρὸς τὴν ἐμνήσθη. ἦκε δὲ
ἀγγέλλωντις, ὡς Γαλαλία μὲν συναφε-

2, 55c

Μαγνητικῶς ἔσωσα τῶν τυράννων, ἀδελφῶν τῶν σὺν ἐξέ-
λευσέ τε, καὶ ἐτέλεσε τὸ φόνον· εἶτα ὡς
Ἰταλία καὶ Σικελία κατέληπται· τὰ δὲ
ἐν Ἰλλυριοῖς στρατόπεδα ταραχάδως
ἔχθ' ἢ, βασιλέα σφῶν ἀπέδειξε τῆς
ὡς στρατηγὸν, ἀνίσχῶν ἐπέλοντα πρὸς
τὴν ἀμαχον δοκῆσαν τῶν τυράννων φο-
ραῖν. ἰκέτευε δ' αὐτὸς ἔτ' ἢ χρημάτων

γε. βοη-
θήσαν

πέμπειν, καὶ δῶσα μιν τὴν βοήθησαν,
σφόδρα ὑπὲρ αὐτῶν δεδιώς καὶ τρέμων,
μὴ πρὸς τῶν τυράννων κρατῆσει. Καὶ τῶς
μὲν ἐπηγγέλλετο τὰ προσήκοντα δρά-
σειν, ἔδομα ἄντ' αὐτὸν ἀξιῶν τῆς ἀρχῆς, ἐ-
πίτροπον δὲ, οἶμαι, πικρὸν καὶ Φύλακα
παρέξειν ἐπαγγελλόμεν' ἢ. ἐμελλε δὲ
ἐν εἰς μακρὰν ἀπίσ' ἢ Φανείδης, καὶ δι-

γε. ὑφέ-
ξεν ἔ-
μελλε καὶ
γε. τὰς
μὴ ἐπὶ
τῆς συρ.

κην ὑφέξειν, καὶ Φιλάνθρωπον. Ταῦτα
πυθόμεν' ἢ ὡς δεῖν ἐν ῥασιῶνῃ πολλῇ
τῆς χρόνον ἀναλίσκῃν μάτην. Ἀλλὰ τὰς
ἐπὶ Συρία πόλεις μηχανημάτων καὶ
Φραγῶν, καὶ σίτες, καὶ τῶν ἄλλης παρα-
σκευῆς ἀπάσης ἐμπλήσας, καὶ ἀπὸν ἀρ-

A injuriam merito viderer, quæ omnem ejus
rei sensum, in qua superiores essent, hosti-
bus ademerit. Etenim qui sincere de iis,
quæ hæcenus dicta sunt, judicare velit, par
est ea, quæ nostris parum feliciter cesse-
runt, inexpugnabili cuidam caloris vehemen-
tiæ tribuere; quod vero in æqualem cala-
mitatem hostes conjeceris, id virtute tua
factum arbitrari; quod denique offensio-
nes suas animadverterint, secundas res igno-
raverint, id vero felici quadam sorte con-
